

A.

Blätter 1113 - 23. 25. 27 - 31. 34 - 35. 37 - 38.
40 - 42. 44 - 50. 52 - 53. 55 - 57. 59.

18

ff
an 15

DISSERTATIO SOLEMNIS PHILOLOGICO-
HERMENEVTICA
DE
**STUDIO PARTIVM
A SACRARVM LIT-
TERARVM INTERPRETA-
TIONE REMOVENDO,**

QVAM
EX AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS DECRETO,
PRAESIDE
CHRISTIANO BENED. MICHAELIS,
PHILOS. P. P. ORDINAR. ET h. t. COLLEGII
SVI DECANO,
FAVTORE, HOSPITE AC PRAECEPTORE MAXIME
DEVENERANDO,
PRO SVMMIS IN PHILOSOPHIA HONORIBVS
RITE CONSEQVENDIS,
AD D. XI. MAII A. CIC 10CC XXIX. HORA LOCOQVE CONSVENTIS
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SISTET
AVCTOR RESPONSVRS
IOANNES KNEBEL,
ONOLDO- FRANCVS.

HALAE MAGDEBURGICAE
TYPIS CHRISTIANI HENCKELII, ACAD. TYPogr.

A SON ALTESSE SERENISSIME
MONSEIGNEVR
LE MARGGRAVE DE BRAN-
DEBOVRG ANSPAC
**CHARLES
GVLLAVM E
FREDERIC**

MARGGRAVE DE BRANDEBOVRG,
DVC DE PRVSSE, MAGDEBOVRG, STETTIN, PO-
MERANIE, DES CASSVBES ET VENDES, ET DE
MECKLEBOVRG, EN SILESIE ET CROSNE; BOVRG-
GRAVE DE NVREMBERG, PRINCE D' HALBERSTAD,
MINDE, CAMIN, VENDE, SVERIN, ET RATZE-
BOVRG, COMTE D'HOHENZOLLERN ET SVE-
RIN, SEIGNEVR DES PAIS DE RO-
STOCK ET STARGARD &c.

MONSEIGNEVR,



A commune joie, qui,
a cause de la très heu-
reuse Alliance entre
**VOTRE ALTES-
SE SERENISSIME**
& SON ALTESSE ROIALE,
MADAME LA PRINCESSE
DE PRVSSE se repand dans
tous les coeurs de VOS fideles
sûjets, & qu'on sent aussi dans un su-
préme degré à nôtre Academie Fride-
ri.

(2

rici.

ricienne, m' enhardt, MONSEIGNEVR, d' aller trouver VOTRE ALTESSE SERENISSIME ici à Berlin, pour LVI donner à connoître avec un Respect tout parfait & très profond, combien mon âme est rejouie du grand bonheur, & de tout le bien, que cet AVGVSTE MARIAGE va procurer à VOTRE ALTESSE SERENISSIME & à SON peuple. Comment ne nous sommes pas consolés, d' entendre parler des extrêmes plaisirs, que SON ALTESSE SERENISSIME, MADAME VOTRE AVGVSTE MERÉ, au milieu de sa longue & facheuse maladie, goûte encore par ce qu' ELLE voit ainsi couronnés les loins, qu' ELLE en tout tems a pris, pour former la Jeunesse de VOTRE ALTESSE SERENISSIME? Quels justes remercimens n'ont ils point dûs à cette

GRAN-

GRANDE PRINCESSE? puisque c'est
ELLE, de qui nous tenons un si pre-
cieux Fresor, qui nous fait voir au-
jourd'hui en VOTRE divine & in-
comparable personne, MONSEIG-
NEVR, l' Amour & les Delices du
Genre humain, tant par SON Esprit
surprenant,& par SON Cœur souve-
rainement bon & genereux, que par
SES manieres aisées & pleines de
Grace, avec les quelles VOTRE AL-
TESSE SERENISSIME fait gagner
le cœur d'un chacun , & S'attirer
l'Affection & l'Amitié des plus Grands
Rois. Qu'elle grande consolation
ne sentira enfin ce Sage Ministre, qui
ravi du bon succès de ses Entreprises,
en retire tous les jours de nouveaux
applaudissemens d'une Cour , qui
honore de Son Estime le véritable mé-
rite, & qui comme le Soleil méprise la
fausse lueur? La Divine Providence,
qui veille sur tout à la Destinée des

Grands de la Terre, rende parfaits &
solides les bonheurs de VOTRE
ALTESSE SERENISSIME & ceux
de SON AVGVSTE FIANCEE:
Elle fasse VOS felicités & VOS joies
accomplies & éternelles, afin que pen-
dant un long cours d'années, sous
VOTRE douce Regence nous puis-
sons cueillir les fruits de la paix, &
embrasser bientôt de VOS illustres
Rejettons, ressemblans à LEVRS AV-
GVSTES PERE & MERE & semblans
aux plus grands Heros, que Brande-
bourg en tout tems a sû donner au
monde. Aggréez, MONSIEIGNEVR,
ces voeux ardens, j'en supplie très
humblement, & daignez aussi rece-
voir gracieusement ce peu de papier,
que j'ose mettre aux Piés de VOTRE
ALTESSE SERENISSIME. Je fais,
MONSIEIGNEVR, qu'il n'a point
d'autre prix que celui que VOTRE
AL-

A L T E S S E S E R E N I S S I M E a la
Bonté , de lui donner. C'est un fruit de
trois ans de ma vie Academique , & un ou-
vrage , que j'ai entrepris par le conseil de
mes parens. Si le bon Dieu me continüe
la vie & la santé , je ne manqueraipas , qu'
avec les vertus , nécessaires à un jeune
homme , qui s' applique à la Theologie ,
j'acquise encore tant de connoissance ,
pour que mes services puissent un jour être
agréables à **V O T R E A L T E S S E S E R E-**
N I S S I M E. Cependant **E L L E** conser-
ra à ma pauvre famille les hautes Graces ,
dont , depuis sa retirade des Païs - bas du
tems des troubles Espagnoles , de pere en
fils elle a continuellement jouie des **S E R E-**
N I S S I M E S M A R G G R A V E S d e B R A N D E B O U R G -
A N S P A C , d e G l o r i e u s e m é m o i r e , S E S A V -
G V S T E S A N C E T R E S , a u x Q u e l s V O T R E
A L T E S S E S E R E N I S S I M E ne cedera
point en Generosité & en Douceur. Je
l'espere , **M O N S E I G N E V R , & f u i s p e r -**
f u a -

suadé, que VOTRE ALTESSE SERENISSIME me fera voir de gracieuses preuves de SA haute Protection, quand, à mon retour pour Anspac, j'aurai l'honneur d'aborder mon GRACIEUX SOVVERAIN, & me prosterner devant LVI, en L' assûrant de nouveau par mille très humbles soumissions, que je suis avec la plus grande Veneration, avec un très profond Respect & avec un zéle infini,

MONSEIGNEVR,

**DE VOTRE ALTESSE
SERENISSIME**

*le très humble très obéissant, & très
soumis serviteur & sujet*

JEAN KNEBEL.



SECTIO I.
FORMANS INTERPRETEM
A PARTIVM STVDIO ALIENVM.

§. I.



Acras litteras cum nominamus, eos in- Scriptura s.
telligimus libros; qui ex inspiratione vnde & cur
Spiritus sancti partim a Mose & Pro- f. litterarum
phetis, partim ab Euangelistis atque nomine ve-
niat.

Apostolis scripti, tum veteris, tum
noui seederis tabulis comprehendun-
tur. Desumimus nomen illud ex

2 Tim. III, 15. vbi ἡ ιερὰ γράμματα,

sacre litterae ab Apostolo vocantur, quæ commate sequen-
ti πᾶσα γέαφη θεόπνευς, omnis scriptura diuinitus inspirata
v. 16. Et γεωμάτων quidem seu litterarum nomine, recte
veniunt sancta ista Dei oracula. Quodsi enim vocabulum
illud generaliore fumatur significatu, quo quicquid est scri-
pum denotat; dicitur eloquia diuina, non voce solum
pronunciata, sed, quod maioris est beneficij ac usus, etiam
in litteras relata, & γεγραμμένα, scripta, ac adeo contra ob-
livisionis periculum munita, etaten ferentia, & tum præsen-
tibus, tum futuris temporibus profutura; vnde & in γέαφη
scriptu-

A

scriptu-

Scriptura & di γραφαι scripture simpliciter, vel cum adiecto epitheto, di γραφαι ἀγιαι scripture sacre Rom. I, 2. c. IV, 3. I Cor. XV, 3. 4. & alibi passim, σπουδαις appellantur. Sin vero id ea imprimis capiatur notione, qua valet epistolam, v. c. Act. XXIX, 21. Gal. VI, 11. iucunda igitur imagine verbum Dei velut epistolam aut chirographum omnipotens Dei, representabit, quod omnes transeunte legant, & viam promissionis eius teneant, vt loquitur AVG VSTINVS ad Ps. CXLIV, 17. Praefat tamen, priorem hic sequi etymologiam, in primis cum illa posteriore vna complectatur. Sacre vero, seu sancte, iure merito illae litterae appellantur. Siue enim auctorem illarum principalem species Deum, est ille ο ἄγιος, simpliceriter & absolute sic dicitur, Ef. V, 16. Apoc. VI, 10. a quo proin nisi sancta proficiunt nequeunt; siue causam consideres minus principalem, Prophetas atque Apostolos, erant illi sanctitatis diuinæ participes facti: quippe adserente Petro II Epist. I, 21. non hominis voluntate adlata est unquam propheta: sed a Spiritu sancto acti, locuti sunt in ἄγιοι Θεοὶ ἀνθρωποι sancti Dei homines: siue respicias argumentum, sanctum idest ex toto, nec impurum aut profanum quidquam admixtum habet Ps. XIX, 9. seqq. siue denique finem intrearis, eo comparatum est verbum Dei, vt & nos sancti efficiamus; sicut Christus de discipulis suis loquens, ait Ioh. XVII, 17. sanctifica eos, Pater, in veritate tua, verbum tuum est veritas! & CLEMENS ALEXANDRINVS in Protreptico p. 56. isq; ac dicitur 7a iegorionis και θεοποιησα γειματα, sacre litterae, utpote que vere sanctos faciunt & deificant; nempe vt homines sancti fiant, quemadmodum Deus sanctus est I Petr. I, 5. Vnde hoc simul statim confit, literas has, vt sancte sunt ipse, ita sancte quoque a lectoribus & interpretibus habendas esse, procul asperibus profanis, proculitem studio partium.

§. II.

S. litterae Legendas autem esse sacras litteras ab omnibus saluariis fune legentibus, cuiuscunque status, sexusque fuerint, id dicitur; id quod nostra quidem sententia omni dubio caret. Nec vero curamus

mus hic frigidas obiectiones eorum, qui periculofam hanc laicis, quos vocant, lectionem perhibent, parum secum reputantes, a plebeis hominibus maximam partem, & in plebis potissimum gratiam libros hos confignatos fuisse: in quibus, ut recte air ORIGENEs, Libr. VII. contra Celsum *Deus volunt oνυχατα βανεν η idωτεια τε πλασες των ανηρωμενων, accommodare se imperitiae multitudinis audiendum.* Periculum hic extimescunt, at nescio quale, foli demagogi parum pii, qui, cum suis tantummodo commodis, non vero animarum ædificationi intenti sint, nec tam Dei honorem, quam dominatum suum querant, e re sua esse existimant, plebis alere ignorantiam, ut laici, quo rudiores sunt rerum diuinarum, eo sint abiectiones, coecaque pendeant a Clericorum ore obedientia. Quod heut christiano nomine indignum est, ita reputari contra debet beatitudinis illud premium, quod scriptura s. in V. æque ac N. Testamento piiis lectoribus suis offert; ut cum Ps. I, i. 2. felicem eum prædicat, cuius in lege Dominis isti oblectatio, & qui in lege eius dies noctesque medietur; & Apoc. I, 3. Beatus es, inquit, quisquii legit, & quicunque audiunt verba prophetie, asseruant que scripta sunt in illa. Attendenda est item commendatio illa tum ipsius Christi Ieann. V. 39. Scrutamini scripturas, quia vos putatis, in illis vitam eternam vos habituros esse; tum apostolica, qua Paulus Timotheo suo II Tim. III, 15. seqq. Quia ab infancia, inquit, sacras litteras nouisti, que te sapientem efficerem possint ad salutem per fidem que est in Christo Iesu. Omnis scriptura diuinitas inspirata, est & utilis ad doctrinam ad redargutionem, ad correctionem, ad institutionem que sit in iustitia; ut perfectus sit Dei homo, ad omne opus bonum perfecte instruatur. Adde Petrinam vocem II Epist. I, 19. Habemus firmius propheticum verbum, cui bene facitis attentes, ut lucenti in caliginoso loco, usque dum dies dilucescat, & lucifer exoriatur in cordibus vestris. Quibus locis (ut alios idem volentes nunc prætermittamus) luculentiter exponitur, quantum utilitatis & fructus partim lectori cuiilibet, cui sua ipsius salus curæ est, partim vero doctoribus,

bus, qui secum alios simul saluos facere cupiunt, ex verbi d
vini affida & pia lectione sperandum sit: tantum scilicet, vt
magnitudine, præstantia ac dignitate sua omnes in vniuersum
ad diligentem scripturæ s. tractationem merito pertrahat.
Denique ad animum reuocari debet exemplum & praxis,
scuti aliorum fidelium, quos laudat codex sacer, ita in primis
Beroensem, qui acceperunt verbum omni lubentia, quoridam
scrutantes scripturas, ad experiendum, num hæc quæ Paulus &
Silas de Christo prædicabant, ita se haberent, carbonaria fide,
quæ in papismo regnat, nequicquam contenti; celebrante
hoc institutum Luca Act. XVII, ii.

§. III.

Legendæ Nec vero legere sacras litteras sufficit. Potius legendæ sunt ita, ut sunt ita, ut & intelligas: quod nisi sit, fructum ex lectione nullum reportabis. Igitur quoties caput aliquod, vel periculatur.

Nec vero legere sacras litteras sufficit. Potius legendae sunt ita, vt & intelligas: quod nisi sit, fructum ex lectione nullum reportabis. Igitur quoties caput aliquod, vel pericopam ex bibliis sacrarum versaueris, necessum est, animo tuo simul obuerfari vocem illam Philippi, qui Aethiopem Eunuchum, vaticinia Esaiae legente, alloquutus est Act. IX, 30, ἦ γέ γνωστός ἀ ειργασίαις; numquid intelligis quae legis? Hunc enim in finem scripta fuit diuinorum oracula, ut intelligantur a nobis, & ut intellectu in usus nostros conuertantur. Hoc igitur opus, hic labor est. Nam licet praecpta ac promissa diuina, & dogmata necessario credenda, stilo satis facilis sint perscripta, ut intelligi a quolibet possint; tamen scriptura mare est, habens in se sensus profundos, altitudinem prophetico-rum enigmatum, uti AMBROSIVS Ep. 64. ad Constantium scribit; & quod Petrus de Paulinis epistolis censem, reperi in illis docevit risu quedam intellectu difficultia II Petr. III, 16. id de reliquis quoque scripturæ Sacra libris valere, ipsa experientia comprobatur: adeo ut attentione ac meditatione his, qui in sensu diuinorum eloquiorum penetrare cupiunt, quam maxime opus sit; & Christus ipse Danielem lectoris non abs re inculcaverit illud, ὃ ειργασίαις νοίται Matth. XXIV, 15, ac Paulus Timotheum suum merito his verbis compellauerit II Tim. II, 7. Νόε, καὶ λέγω. Attendo que dico! Hinc est.

Scriptura, sensib[us] docet
in eis, et auctoritate
in hac se habeat, in
quam quo alius deserit,
derit, eo plus blasphematio,
rum inuenies.

est, quod iubemur ἐγεννᾶν τὰς γένος scrutari scripturas, ad ins-
tituere illorum, qui metallum fodiunt, Ioh. V, 39. meditari eam dies
noctesque, utpote quarum sensum nunquam exhauseris Ps.
I, 2. Ios. I, 8. coll. Ps. CXIX, 96. προσέχειν, aduertere eis ani-
mum, ne per incuriam nostram effluant 2 Petr. I, 19. & quae
sunt huius generis adhortationes plures, in utriusque foederis
tabulis passim obuiæ.

§. IV.

Cæterum, ut sensus sacrarum litterarum indageretur, ante Lectioni
omnia quidem Spiritus sanctus, tamquam verbi diuini, ut au- f. litterarum
ctor, sic & interpres, piis precibus est implorandus; quia hoc in genitus
primum cognoscere debemus, omnem prophetiam Scripturæ, pro- est interpres.
trice solutionis non fieri. Non enim voluntate hominis adlata
est unquam propheta, sed a Spiritu sancto acti, locuti sunt sancti
Dei homines, 2 Petr. I, 20. Nam, ut BERNARDVS CLARE-
VALLENSIS epift. ad Fratres de monte Dei p. 1749. edit. Bas.
recte iudicat, quo Spiritu Scripturæ factæ sunt, eo Spiritu legi de-
siderant; ipso etiam intelligendæ sunt. Atramen nec fidelis,
idemque peritus & exercitatus hodegus est spernendus. Ne
enim multæ difficiles & obscuræ sententiae vel frustra in scriptura
sacra essent positæ, vel ansam præberent erroris, scribit MART.
CHEMNITIVS in Exam. Cone. Trident. ad Decr. III. Seff. IV.
Deus voluit in Ecclesia donum existare interpretationis, quod sicut
donum sanationum, miraculorum & linguarum, non est commune
omnibus, sicut Paulus inquit 1 Cor. XII, 10. Et donum illud Deus
non vult vel contemni vel abici, sed reuerenter usurpari, tan-
quam organon & adminiculum ad inueniendum verum & sanum
sensem, sicut Euænches ille ethiops, in itinere prophetam Esiam
legens, Act. IX, 31. inquit: quæ modo possim intelligere, nisi quis
διδύσῃ με, h.e. tamquam hodegus duxerit me? Sicut & Chri-
stus ipse discipulis Emmauntem proficiscentibus διδύσεις
interpretatus est, quæ in uniuersis scripturis scripta de se essent,
Luc. XXIV, 27. idemque διδύσαι aperuit mentem, ut intelli-
gerent scripturas, v. 45. Igitur quod Gen. XLII, 23. ex ver-
fione LXX virili græca dicitur, οὐ γένενθίσ αὐτα μέτον αὐτῶν,

interpres (Hermeneuta) erat inter illos, Iosephum inter & fratres; id in scriptura sacra interpretarem quadrat, ita ut quasi medius inter Deum & sive lectores sive auditores suos, verba Dei, alis vel plane non, vel minus intellecta, declaret: futurus suo modo ad instar Mosis, qui Deut. V, 5, ad Israëlitas de se dicit: *Ego stabam inter Dominum & vos tempore isto, ad indicandum vobis verbum Domini:* hac solum differentia, ut quemadmodum Moses, mediatorum agens, verba Dei propria ad populum retulit, sic bonus exegeta sensum eloquiorum diuinorum hominibus exponat. Munus non honorificum minus, quam necessarium, faciens, ut exegetæ aequæ ac prophetæ, quorum & nomine illi aliquando in sacris litteris veniunt, veluti *os Dei* sint: sicut Deus Ieremias, singulari eum honore adsecururus, dicit: *כִּי תְהִוָּה וְלֹא תְהִי כַּאֲשֶׁר אָמַת תְּהִוָּה וְלֹא תְהִי כַּאֲשֶׁר לֹא תְהִי*, Ier. XV, 19. *וְלֹא תְהִי כַּאֲשֶׁר יָדַעֲתָךְ* in S. S. interpretem, quod Deus, Moli laqueus de Aronne dicit Ex. IV, 16. *וְלֹא תְהִי כַּאֲשֶׁר לֹא תְהִי*. *וְלֹא תְהִי כַּאֲשֶׁר לֹא תְהִי*.

*Interpres
dabit esse*

*Veritatis
mans,*

Vt autem sacrarum litterarum tum lectio, tum interpretatio, iusto & legitimo modo fiat, multa salutariter ab hermeneuticis tractatoribus præcipiuntur: ex quibus nos ea tantum, quae ad prefens institutum pertinent, recolemus. Sit igitur tam lector, quam interpres, ante omnia φιλαληθες, veritatis, in codice sacro reuelatae, *cupidus aigue amans*. Hac enim constitutione quisquis fuerit, nam si sensum Spiritus sapienti & assequetur facilius, & explanabit fidelius; exemplum futurus illius verissimi Isocratis dicit: *Ἐάν οὐ φιλαληθες, ἔτη καὶ πολυμαθές, σι φερεις cupidus descendē, ερις & multificius.* Quod desiderium vt penes nos excitetur, reputare debemus, nos a natura in rebus diuinis talparum instar cæcutire, & ignorantissimos esse; hanc vero ignorantiam disspellere ex animis nostris posse, dummodo Deum, in verbo suo fideliter ac sufficienter nos instruente, audiamus: hæc nos in multis magnisque erroribus, in statu damnabilis & in periculo æterni exitii; sed emergendi certam spem esse, dummodo consilium Dei, quod in pandectis sacris yenum quasi exponitur, admittamus: esse in diuinis hisce eloquiis inexhaustam sapientia abyssum, & posse

posse nos inde in tantum proficere, ut, quemadmodum Paulus Phil. I, 9. scribit, *abundemus in agnitione, & in omni sensu, ad probandum discepantia, cetera.* Hęc & talia si diligenter ad animum reuocentur, excutient animo torporem ac negligentiam, facientque nos cupidos, alacres, attentos ad cognoscendum sensum Scripturae sacrae, ut similes euadamus purpararie illi Lydie, cuius aperuit cor Dominus, ut attenderet illis, que dicebantur a Paulo Act. XVI, 14. Et hęc cupida attentio non solum dabit initium intellectus, sed faciet quoque, ut in oraculorum diuinorum cognitione proficiamus semper plus ultra.

§. VI.

Sit porro lector atque interpres *docilis*, ita ut, quotiescumque ad trāganda sanctissima oracula accedit, toties videatur sibi scholam ipsius Dei frequentare, & pendere ab ore magni illius & infallibilis doctoris, de quo dicit Elihu Job. XXXVI, 22. *מי כבודו מורה quis est doctor sicut ille?* Nec agat aliter, quam ut discipulus ad pedes magistri sedens, qui, quoniam & cupidus doctrinæ est, & simul persuasum habet, doctorem res maximi momenti fideliter accurateque tradere, in doctrinam eius animum vnicē intendit, & precepta auide imbibit, alienus ab arrogantia ac fastu; non se magistrum, qui veritatem iam teneat, sed discipulum, doctrinæ audum, gerens; non morosus, sed facilis instituenti. Fluit hęc *delicia animi ex veritatis amore*, de quo superius dicebamus. Quodsi enim veritas tibi curae fuerit cordique, facilis quoque eris docenti: & contra, si animum veritatis impatientem, ac presumtis opinionibus occupatum, habueris, tum vel ita ages, quasi docentem non intelligeres, vel plenissima eius verba in alienum aut muticum sensum abripies. Quid clarius erat precepto illo diuino, quo Saulus I Sam. XV, 3. iubebatur cedere Analekiticum populum, ac denouere quicquid ei esset, nec parceret; ac adeo occidere tum manus tunc feminas, tum parvulos tum laetentes, tum boves tum pecudes, tum cornelos, tum asinos? & tamen, cum Saulus non regi solum Agago, sed

Docilis.

etiam

etiam optimis pecudibus ac armentis, cæsis tantummodo vi-
lioribus, pepercisset v. 8. 9. vel sic satisfecisse illi mandato,
quamquam peruerse, interpretabatur, *Perfecit*, inquiens, *ver-
bum Domini*, v. 13. Vnde vero hoc, nisi ab animo Sauli indo-
cili, qui, si penes ipsum stetisset, docere maluisset Deum,
quam discere ab illo? Meminerit ergo interpres, se in tra-
stantis sacris litteris non docere Deum, sed doceri a Deo,
quid senserit ac sentiat.

S. VII.

Sincerus
tem & can-
didus.

Sincerus denique & candidus fit scripturarum sacrarum in-
terpres.¹ Nam qui eo animo ad verbi diuini tractationem ac-
cedit, ut, quid exinde statu debeat, & ipse euadat certus, &
alios certiores faciat; nihil illi vel indiligerent prætereun-
dum, vel fide non bona dissimulandum, vel etiam data opera
luxandum est. *Veritas sua se simplicitate inuoluens nihil refor-
midat*, & qui eam unice ac sincere querunt, quicquid profervi
potest, sine tergiuersatione admittunt, & incorrupta iudicii lance
trutinant, inquit HERM. WITSIVS MisCELL. T. I. p. 668. Opor-
tinetur igitur scripture interpretem cogitare, quod Deut. IV, 2.
et XIII, 1. Deus de verbo suo ipse iteratis vicibus edixit: *Ne
humanis, ha in sacris magadicio ei, nec demito de eo quicquam.* Item quod Agur Prou-
xix, 6. denuo inculcat: *Noli addere verbis Dei, cum subiun-
cta comminatione, ut ne redarguat te, & mendax sis,* h. e.
vis, summe q[uod] necessariq[ue]: mendacii conuincaris, & poenas des. Ac denique terrificam
illam vocem Apocalypseos Ioanneæ c. XXII, 18. 19. ab ipso
Christo pronuntiatam: *Contestor omni audienti verba prophe-
tem vel diuinum vel ha-
tie libri huius: Si quis adiecerit ad hec, adiiciet Deus super eum
manum explicare adgredire, plagas, scriptas in libro hoc;* & si quis diminuerit de verbis li-
bri propheticæ huius, diminuerit Deus partem eius de libro vite, cet.
Dicitur, is non explicare Nec enim hi solum falsarii sunt, qui textibus sacris vel ad-
iudicem, sed de formare suunt aliquid, vel detrahunt; sed etiam, qui falsis parumque
sinceris interpretamentis, scripturas peruertunt, praus ad id
affectionibus abrepti: quales perstringens Petrus i Ep. III, 16.
cum dixisset, Paulum in omnibus epistolis, pro sapientia fibi
data, de nouissimis locutum esse, subiungit: *in quibus* (nouis-
simis)

T[em]p[or]e candor quidem, ^{aut} fiducia
trutinant, inquit HERM. WITSIVS MisCELL. T. I. p. 668. Opor-
tinetur igitur scripture interpretem cogitare, quod Deut. IV, 2.
et XIII, 1. Deus de verbo suo ipse iteratis vicibus edixit: *Ne
humanis, ha in sacris magadicio ei, nec demito de eo quicquam.* Item quod Agur Prou-
xix, 6. denuo inculcat: *Noli addere verbis Dei, cum subiun-
cta comminatione, ut ne redarguat te, & mendax sis,* h. e.
vis, summe q[uod] necessariq[ue]: mendacii conuincaris, & poenas des. Ac denique terrificam
illam vocem Apocalypseos Ioanneæ c. XXII, 18. 19. ab ipso
Christo pronuntiatam: *Contestor omni audienti verba prophe-
tem vel diuinum vel ha-
tie libri huius: Si quis adiecerit ad hec, adiiciet Deus super eum
manum explicare adgredire, plagas, scriptas in libro hoc;* & si quis diminuerit de verbis li-
bri propheticæ huius, diminuerit Deus partem eius de libro vite, cet.
Dicitur, is non explicare Nec enim hi solum falsarii sunt, qui textibus sacris vel ad-
iudicem, sed de formare suunt aliquid, vel detrahunt; sed etiam, qui falsis parumque
sinceris interpretamentis, scripturas peruertunt, praus ad id
affectionibus abrepti: quales perstringens Petrus i Ep. III, 16.
cum dixisset, Paulum in omnibus epistolis, pro sapientia fibi
data, de nouissimis locutum esse, subiungit: *in quibus* (nouis-
simis)

simis) sunt quaedam dexterita, intellectu difficultia, que indocti atque infatiles peruerunt, sicut & reliquas scripturas, ad suam ipsorum perniciem. Quapropter cum lectors, tum interpretes scripturæ sacræ ita animo suo affectos esse oportet, prout se Iudei (quanquam mendaciter) animatos afferebant Ier. XLII, 5, 6. Erit Dominus (sic inquietabant ad Ieremiam,) contra nos testis veritatis atque fidelis, si non secundum omne verbum, quod Dominus Deus tibi ad nos committet, fecerimus: siue id bonum fuerit, h. e. tale, ut nobis iucundum sit & placeat, siue malum, id est, quod minus arrideat & ad palatum sit nobis; vocis Domini Dei nostri, ad quem nos mittimus te, obediemus.

§. VIII.

Et vero his virtutibus, quibus Scripturæ sacræ enarrator rem conspicuum esse volumus, nihil magis contrarium esse interpretis videtur, quam *Studium partium*: cacoethes non minus per quam maxime vulgatum, quam turpe & noxiun. Nihil magis iudicium acu: me obest *Studium partium*. *Studium partium* hominum corrumpit, atque illud, de quo loquimur, quod semper inter doctos, eos praeserrim, qui sacris presunt, regnat, inquit SAM. WERENFELSIUS in Differt. pro Plebis Iudicio in Dogm. fidei. Explicit mihi aliquis, ita pergit, cur de certis dogmatibus omnes Iesuitæ aliter sentiant, quam omnes alterius ordinis homines; omnes Franciscani aliter, quam omnes Dominicani; omnes Sorbona Theologi, quam omnes Transalpini; omnes huius regionis aut academiae Doctores, quam alterius. Ridiculum esset dicere: consentientes simile babere corporis temperamentum, aut similem ingenii diadæm, his aduersantes contraria; aut hoc prouenire ex diversitate aeris, quem dissentientes respirant. *Studium partium* hoc est, aut neficio, quid sit *Studium partium*. Nimirum simul atque aliquis sectæ ordinis, societati adscribitur, omnes protinus opiniones eius adoptat: a sua parts nullum est praetiudicium, nullus error, nulla iniustitia, nullum partium studium: ab aduersa nil nisi praetiudicia, errores, iniustitia, nil nisi partium studium. Si centum & amplius pars parti intercedunt controversie cum parte opposita; centum & amplius pars rectissime decidit; pars aduersa ne in unica

B

qui-

Expendit quidem veritatem attingit. Venit autem nobis hoc nomine **vitar, quid & trium illud hermeneuticum, quo sacrarum litterarum interpres, quotuplex sit**, siue gratiam aliorum aucupans, siue affectui suo erga personas studium paratum.

gentesue, de quibus loquuntur scriptores diuini, indulgens, siue hypothesis perperam a se constitutae concedens, siue denique sectae illius, cui nomen suum dedit, peculiaribus, maximeque erroneis placitis obsequens, aliud verbis Scriptura attribuit sensum, quam iustae interpretationis regulae permittunt. Huius ergo vitii reos se faciunt, cum *αὐθεντέσκου* illi interpretes, qui *vano complacendi studio* ducti, in gratiam hominum, quibus doctrinam reuelatam ad palatum esse, aut saltem non valde improbari cuperent, eam torquent aut mutillant; tum *προσωπλήπται*, qui *personarum respectu* præuenti, odiosa, licet perspicuis verbis concepta, in gentis sua aut sanctorum hominum historiis occurrentia, in contrarium sensum vertant, aut saltem extenuant emolliuntque: & e contrario de alienigenis indifferenter aut benignius dicta, ad inuidiam eis conflandam, exasperant; tum *η ὑποθέσει δελεύοντες*, qui dicta Scripturæ, licet aliud longe, vel & contrarium sensum fundentia, tamen suis ipsorum vel sectæ sua opinionibus aptare conantur, & contra cum dissentientium placitis temere collidunt, aut si fauere eis videantur, indignius habent. Nec vero vniuersitatis sunt, qui hac re peccant. Alii enim per infirmitatem hallucinantur hinc inde, alii vero non sine malitia & prauo habitu: illi adficiuntur interdum a studio partium; hi vero regnunt tanquam mancipia: illi calamitose peccant, quia homines sunt, & humanis aliquando præueniuntur affectibus; hi vero voluntarie, nec sine pertinacia, partium studiis se addixerunt: illi compassionē digni, tanquam communis imbecillitatis humanae exempla; hi vero culpandi ac vituperio digni. Vnde si quid durius contra partium studiosos in sequentibus dicemus, id non tam illos, quam hos tangere volumus.

§. IX.

§. IX.

Contra hoc vitium interpretum tenenda sunt grauissima & maxime salutaria monita Scriptura V. ac N. Testamenti, in sacris litteris. Dammatis teris,
 Ut Ier. XXII, 28. Propheta, penes quem somnium est, enumeret somnum; & penes quem verbum meum est, loquatur verbum meum in veritate: QVID PALEAE CVM TRITICO? Quod enim in Prophetas dictum est, exegesis suo modo aptari potest, utpote quibus sacræ litteræ nomen Prophetarum pariter aliquando tribuant. Item i Tim. V, 21. Obtestor eorum Deo & Domino Iesu Christo, & electis angelis, ut hæc (præcepta de regendis Ecclesiis) custodias χωρὶς περιπάτος, μηδὲν ποιῶν κατὰ πεῖσματος, h. e. ex versione latina Vulgata, sine præiudicio, nihil faciens in alteram partem declinando; ex Syriaca interpretatione, ne præveniatur mens tua ab illa re, & nihil agas per accessionem personarum; & ex Arabica, sine præcipitania, & sine inflexione iudicis. Quod autem valet de pastoralibus præceptis, a Paulo præscriptis, valet etiam de verbo Dei generatim sumto. In hoc igitur tractando & explicando abesse debet πεῖσμα; siue id præiudicium, siue cum aliis prælationem exposueris: abesse item debet πεῖσμα, inclinatio in alterutram partem, meaphora desumpta a libra, cuius lanx in alteram partem inclinatur. Sicut enim, si statueris momentum in unam partem depresseris, leuiores sine dubio alteram feceris; ita cum fueris affectus in unam partem propensior, alteram sine dubio diminueris. De qua emphasi conf. 10. CASP. SVICER. in Thes. Eccles. sub πράξις. Porro i Petr. IV, ii. Si quis loquitur (ac adeo si quis edisserit ac enarrat) oracula Dei, loquatur ut oracula Dei, seu ut conuenit loqui verba Dei, sine adiumentis heterogeneis. Et 2 Petr. I, ubi postquam v. 19. dixisset Apostolus: Habemus firmius verbum propheticum, cui bene facitis attendentes, ceu lucernæ, lucenti in caliginoso loco cet. statim subiungit: Hoc primum scientes, quod omnis prophetia Scriptura idias ἐπιλύσεως ἐγίνεται, PROPRIAE SOLUTIONIS NON FIAT, vel sit; puta, ἔχον opus, (quod heic subauditur perinde ac Act. I, 7. in ἡμῖν ἐστι γνῶναι, cet.) cum addita ratione: Nec enim

T Egregius hanc in rem locus Lutheri est, quem I. Henr. Molius allegavit in Praefat. ad Octon. V.T.
pag. 7.

SECTIO I. FORMANS INTERPRETEM

enim voluntare hominis addata est unquam prophetia, sed a Spiritu
S. acti, locuti sunt sancti Dei homines. Est autem idia etiuvic, quam
interpres non eo, quo prolatas est prophetia, sed proprio spi-
ritu, eoque depravato, nec ex scripturis sponte fluentem re-
fert, sed suo ipsis arbitratu & ausu wagentur, & cupiditatibus
ac presumptis opinionibus suis conformem facit. Adeo-
que illud, hoc primum scientes cetera, non tam causam di-
cit, quare recte agant, qui attendunt verbo propheticō, (quæ
causa demum v. 21. sequitur, eaque tum versui 19. tum 20.
conueniens) quam cautelam modumque legendi præscribit.
Ut autem Petrus hic locus rectius intelligatur, obseruare iu-
vabit, επιλύειν & επιλύσαι idem valere ac soluere & solutio: ac
proprie quidem dici de solutione nodorum, metaphorice vero
de explicatione difficultiorum quæstionum, siue verborum; vt
Marc. IV, 34. priuatum vero discipulis suis επέλευτα soluebat,
(i. e. explicabat) omnia, quæ promiscuo cœtui per parabolæ di-
xerat; & Act. XIX, 39. Si quid vero de aliis rebus queritis, in le-
gitimo cœtu φαίλεινθέσθαι, i. e. explicabatur, dirimetur. Diffe-
runt igitur cum a simplicibus λύειν & λύσαι, quæ & solutionem
seu interpretationem, & dissolutionem seuerisionem, denotant;
vt λύειν τὸ σύνηγμα, soluere enigma, apud Lucianum, & διλύειν
λύθηναι γραφὴ, non potest solui (i. e. euerti) scriptura, Ioh.
X, 35; tum a παταλώ & παταλούσι, quæ, vbi ad orationem re-
feruntur, non nisi dissolutionem ac euersionem significant. Ig-
natur απόστολος Φίλιππα γραφὴ, quatenus de eius sensu queritur,
concepitur veluti nodus; eius vero interpretatio veluti so-
luto: plane vt Dan. V, 12. & 16. קְרָב מִשְׁרָא soluere nodos
idem est ac difficultiore endare questiones, vt si somnia, enigma-
ta, & intricate scriptura genera interpretanda sint. Proinde
non est, cur rectæ versione vernacula B. Lutheri: Das keine
Weissagung in der Schrift geschieht aus eigner Auslegung, &
Vulg. Lat. quod omnis propheta scripture propria interpreta-
tione non sit, comma hoc contra exponatur: propriæ destruc-
tionis non sit; quomodo quidem Arabs: non soluat ipsam
idiorum.

I. S' vero d. Iacob. Langig sensum sui ipsius. Potius dicitur in interpretes idiomatovates,
hanc polioribet explicationem, idiorum. sequitur in Commisso Pe-
trino, literatura in recens edito
dij optay. Lipp. n. Roff. ad p. l.

ποιεῖσθας, ιδοτέως, τεχνητοντας; quales sunt, qui vel su-

*bi nobis caueamus, ac
cerli queamus* *et*, *non de
vitate illas, iunctibz con-*

tentio nem Spiritus s. inferunt.

§. X.

Hic vero scrupulus remouendus, qui possit iniici: an-
non haec sit *idias episcop* explicatio, & *studii partivm tacita* commandatio, quando hermeneutici ecclesie nostrae docto-
res interpretationem scripturae sacre secundum analogiam si-
dei iubent institui. Certe RICH. SIMONIVS Hist. Critic.
Commentat. N. T. c. 46 p. 687. ideo analogiam fidei in scri-
ptura sacra interpretanda reiecit, quod quilibet secta sub e-
ius prætextu suas defendere queat opiniones. At quemad-
modum is quidem turpissimus huius principiū sanæ interpre-
tationis foret abusus, analogiam fidei, præterito purissimo
scriptura fonte, ex compendiis haurire, vario errorum gene-
re scatentibus, vel præconceptas mente opiniones, aut secta-
fus hypotheses, pro analogia fidei habere, secundum quam
diuina sint interpretanda oracula, monente vener. RAMBA-
CHIO Libr. II. Instit. Hermen. c. I. S. 9. sic idem melius ex-
plicat ibidem, tum quid sit analogia fidei, nempe nihil aliud,
quam mutuus perpetuusque veritatum celestium consensus,

Analogiam criterium illud
fidei studio digestissimi id

partium lib. et episcop.
beram esse. *a vera et ge-*
nitua, quod Raddeas
Philos. Inserim. P. 111.

S. XIV. interpretatione inen-
rat: pro certiori veritate

genuini sensus ipsa signi
factuali verborum et phra-

se non habenda. Secundus n.
quisque creditur id volatis,

se, quod verba et paroles
significant, donec euaben-

ter conbarcum probatur.

Nec in vir bonus et pra-
dictus aliter, quam bin-

ius normam omnes scripturae expositiones exigende sint, §. 4. qui potest. *Hoc quod Herm*

fontem, videlicet ipsam scripturam sacram, eiusque planissima *Wittius miscell. Pier. De.*

oracula, quae nulla profusa obscuritate laborent §. 7. ac de

hunc vsum, eo comparatum, ut sensus vel falsitatis conuinca- *II. p. 582. apud Lamba-*

tur, si scil. aliquid continetur, quodcum analogia pugnet; vel sa- chicum in Herm. S. p. 99.

biliatur, si preter reliqua veritatis criteria huic scripture con-

venit si conformis §. 8. Et hoc quoque est, quod in Præfatio- *urgo: Attendum est*

ne ad E. GLASSII Philologiam s. ven. 10. FRANC. BVDDEVIS plu-

mibus commonstruit. Hoc igitur modo si capiatur & adhi-

beatur analogia fidei, partium studium in interpretatione

B. 3. non significare apta nata

int, quod secundum Scripturam sicut significare soleant: alique hac vice respto sen-

tu, quem verba sine tensione per se fundunt, seruire in eo acquiescentem est, omni-

ag rationis sententia subiicienda sunt ipsi sensus, quem ita in verbis daret Deus. *An-*

Scriptura s. eratata וְיַהְיָה בְּלֵוּ hominum, h.e. hominibz intelligibili es

recepto, ita ut possit ab effentis et rationis usu pollentibz, sensus illig pene,

trans. Isa. VIII. 1. Igitur incredibile, immo certum est, Spiritum dicit ipsam significare voluisse, quod verba, quibus utitur, inter homines significare possunt, ac significant. Artior euadit sensus, si probari possit, cum lo-

lus Scriptura s. con 14 SECTIO I. FORMANS INTERPRETEM

centui conformem esse, non solum non fouebit illa, sed etiam destruet quam maxime.

enipuis loci dicitur. Licet studi-
um partium senioris Hermeneutice mediis principiisque suademus, simul
ligenter ponde, a nobis im-
probatur, cognoscitur, nos, dum studium partium improbamus, ac
non tamē adeo vnum extremum caueri iubemus, nequidquam ad al-
item of scope non differen-
tissimus her-
meneuticus
Scriptoris Ja-
commenda-
cri loſjicē In-
dagato, cum antecedē-
tib⁹ et consequētib⁹,
conuenire. Conf. Rein-
bachii Hermen. s. lib.
IV. c. II.

Indidem vero, quod analogiam fidei una cum reliquis
partium senioris Hermeneutice mediis principiisque suademus, simul
cognoscitur, nos, dum studium partium improbamus, ac
terum deuiae extreum, vt forte perinde nobis sit, quomo-
docunque textus aliquis explicetur: qui quidem foret indif-
ferentissimus hermeneuticus, monstrum non minus deforme,
quam vel partium studium, vel aliud quocunque interpreta-
tionis vitium. Illic enim veritas summa lex est, & simul fi-
nis, ad quem tendimus; heic vero fusque deque habetur
veritas, quasi res nauci esset, & merx abiectissima. Proinde
tantum abest, vt sectarium interpretandi modum culpantes,
vagum laxumque & instabilem introducamus indifferenti-
sum, qui veritatis amorem deprimat, & tantum non ex-
stinguat; vt potius veritatem vnicē sequendam, & humanis
respectibus omnibus anteponendam esse, suadeamus, sequen-
tes illud sapientissimi Regum Prou. XXIII, 23. אמת קנה ואל המכד Veritatem eme, & noli vendere: exemplo merca-
toris illius, qui, cum pretiosum inueniens unionem, diuendi-
tis cunctis facultatibus suis eum emit, Matth. XIII, 45. 46. A-
amicus igitur Plato, amicus Aristoteles, sed magis amica no-
bis veritas.

§. XII.

Studio Quanquam autem studium partium, generatim specta-
partium plus tum, ab omnibus omnium sectarum hominibus in interprete-
rimi inter- rim, ab omnibus omnium sectarum hominibus in interprete-
pretes suc- rimi, ab omnibus omnium sectarum hominibus in interprete-
cubuerunt. reprehenditur; tamen si interpretes speciatim in applicati-
one ad hæc vel illa scripturæ loca spectes, mirum non mi-
nus, quam dolendum est, adeo multos illorum huic vitiōso
sue cubuisse affectui. Nam, vt ven. RAMBACHIVS l. c. §. 9.
iterum pulcre obseruat, plurimi in interpretandis scripturis,
doctrinam in cœtu suo receptam supponere solent; nec, si depre-
hendant loca quædam scripturæ hypothesis suis e diametro opposi-
ta,

ta, idcirco ab his recedunt; sed potius tales afferre scripturæ interpretationem admirantur, quia analogiam fidei, quam animo suo formauerunt, non dissoluat. Vnde scipissime fit, ut scriptura humanis opinionibus, quasi pes calceo aptetur. Videas igitur, hoc malum grasari ubique, cum inter Iudeos & Muhammedanos, cum inter Christianos. Dabimus aliqua eius rei specimena secundum potiores huius vitii familias, quas supra enarrauimus, exhibenda.

SECTIO II.

SISTENS EXEMPLA QVAE- DAM INTERPRETVM, EX VANA *avd̄ḡw̄n̄z̄ḡz̄n̄z̄* SCRIPTVRAM PER- VERTENTIVM.

§. XIII.

SVpra §. 8. dictum fuit a nobis, partium esse studi- Ex Iudeis
um si quis gratiam aliorum, quibus oracula diuina scripturæ
ad palatum esse, aut non valde improbari cupit, alium nonnulla di-
eis sensum attribuat, quam conueniebat. Peccasse in eo
FLAVIVM IOSEPHVM, testis est ABARBANEL, qui Com- est Fl. Iosephus.
ment. in Daniel. fonte X, palma VII. eum describit, tamquam sephus.
seruum exsistentem in manu domini duri, qui loquitur ad bene-
placitum illius. Vnum arque alterum tantum notabimus.
Libr. IV. Antiq. c. 8. scribit: *Dix non esse maledicendum, nec*
fana exterorum violanda, nec consecrata Dux donaria auferend- Ex. XXII, 27.
da. Similia docet Libr. II. contra Apionem, affirmans, Legis-
latorem Ebræorum Mosen, expresso interdicto irrisiōnem &
maledicta a diis aliarum gentium prohibuisse. *Hic Iosephus*
(verba sunt PETRI BRINCH in Examine Hist. Iosephi. c. VI.
p. 302. b. edit. opp. Iosephi nouisi. Hauercampianæ) in grati-
am aliarum gentium, maxime romanarum, quos inter verum
dominos vixit scriptisque, turpiter mentitur, Deo & Mesi legem
affingens, quam tulit nunquam, imo cui contrariam tulit. Ex.
XXIII,

XXIII, 24. Deuter. XII, 2. 3. *Videtur autem Iosephus respexisse ad hæc verba Dei: נְאַלְהָיִם לְאַלְהָיִם* Ex. XXII, 27. Sed hic falsum egit interpretem, cum voce *אלְהָיִם non ficta gentium numina*, (que simul cum suis cultoribus exsiccatur lex diuina) sed magistratus ac iudices, usitata Ebraeorum phrasē appellentur. ¶ Pari modo THOM. ITTIGIVS in Prolegom. ad Ioseph. p. 93. a. Edit. cit. notat pudendam illam Iosephi adulacionem, qua oracula de regno Messiae ad Vespasianum applicuit. Cum enim in s. litteris prædictum fuisset, istis circiter temporibus quendam ex Iudeorum finibus profectum, orbem terrarum imperio potiturum; id in Vespasiano implementum dicere non dubitavit, teste EVSEBIO L. III. c. 8. & ZONARA L. XI. Annal. c. 16. Cuiusmodi errores bene multis annotarunt laudati modo auctores PETR. BRINCH, & THOM. ITTIGIVS. *Vide et D. Jo. Sal. Semper. diff. de angelis.*

Archæologia, Hale 1757. p. 32. § 97.

§. XIV.

Adititia sunt huic *dwθewtaqesoueias* generi falsa scripturæ interpretamenta doctissimi inter Iudeos, cui nomen erat PHILONI, qui cum Scripturam ingenio gentilium adaptare, illisque ad palatum esse, vel saltim non improbari studeret, fruolum illud allegorizandi genus sectatus est. Adscribamus in hanc rem verba CAMPAGII VITRINGA ex obseru. sacr. L. III. c. 19. §. 9. quibus PHILONIS interpretationes acriter perstrinxit: *Philo Iudeus, ait, ingenio poliens, & facundia, qui eo potissimum obtenuit (sé teste) in varias partes legis Moysæ ἀλληγοριῶς commentatus est, ut divino verbo maiorem conciliaret reverentiam apud gentes, quantas passim venditac nugas? quam solutus est? quam se ipsum vehementer cruciat ac torquet, imo vero multissimis ipsum Dei verbum? Sic enim existimo, verbum diuinum eum in modum qui tractant, illud aliorum expondere Iudibrio & contentui. Nec procul ab hac PHILONIS (si ita vocare lubet) pia fraude abludit LXX seniorum græca interpretatio loci Et. LXIII, 9. cuius verba in textu hebreo ita sonant: in omni angustia illorum ipsi fuit angustia; & angelus faciei ipsius seruauit eos: amore suo & clementia sua ipse afferruit*

LXX inter.
pretes tel.
LXIII, 9.

ruit eos. Age vero, comparemus hæc cum ipsa rōv. σ. μετα-
φέρεται, quæ ita reddidit; οὐ γένετο ἀντοῖς εἰς τωντηνταν εἰς τωά-
σης θλιψεως αντον. οὐ τρέπεται, εἰδὲ ἀγγελοθεον, αλλα αντοῖς τετωτην
ἀντοῖς κ. τ. λ. & factus est ipsis in salutem, ex omni angustia ipsa-
rum. Non legatus, neque angelus, sed ipse seruauit eos. Locum
esse ex illis, qui dubiam lectionem habeant, οὐ non & οὐ
ipſi, nemo non videt, qui fontes accedit: vtra hic sit præfe-
tenda, quæstio est, quæ vix ad κρυπτόμενον pertinet. Patet au-
tem, τὰς δ. non modo οὐ accepisse pro ρήτορι legato, vt a Ca-
pello iam fuit obseruatum; sed etiam totam lectionem aliter,
quam accentus admittunt, distinxisse, & quæ dicuntur in fi-
ne vers. 8. coniuaxisse, ligata continuataque oratione cum
commate 9. Nos pro præsenti instituto duplicum fraudem
annotabimus: altera consistit in eo, quod per angelum hunc
facie vna cum Iudeis hodiernis non Christum, prouti par est,
sed angelum creatum intellexerint: altera, quod communem il-
lam & simplicem versionem verborum hebræorum, quam non
ex ignorantia aut defectu attentionis, sed consilio quodam
humano prætermiserunt, gentilibus, versionem grecam lechu-
ris, præbituram occasionem erroris vel criminationis existi-
mauerint. Est hæc doctissima coniectura eruditissimi C. VI-
TRINGA, qui obseru. Sacr. L. III. c. 18. §. 4. hunc in modum
loquitur: Noluerunt interpres illi, ut gentes in codice verbi
diuini legerent, Indeā gentem non ab ipso Deo, sed ab angelo
Dei esse seruaram. Cogitarunt enim, id vel genii sue fore debo-
nestamento, vel suspicionem moturum, ac si ludet, qui professione
vnius Dei se a gentibus discernebant, minores quasdam diuinities
olerent, itaque suam deberent salutem. Placuit igitur
huius incommodi evitandi causa, consilium, textum violenter dis-
cerpendi, & alium quemvis sensum; præter hunc, inde eruendi.
§. XV.

Eodem seluto contaminant ex Christianis, qui Vicario Ex Christi.
Christi, quem vocant, abiectissime adulantes, sacratissimis o- anis loco
raculis turpiter abutuntur, & reuera ita se gerunt, vt, quod Matth. XVI,
Abarbanel modo de FL. JOSEPHO aiebat, eum suisse tan- 18. abusi sunt

C

quam

Auctores quam seruum existentem in manu domini duri, qui loquitur ad beneplacitum illius, de ipsis iure merito dici queat. Etenim totum illud opus tam Bibliotheca Maxime Pontificie, pontificie, quod Romae Ao. 1698. XX voluminibus grandioribus impressum est, quam *Annalium Cesaris Baronii*, Xll. Tomis majoribus constantium, qui fulturam monarchiae ac dominatus Papalis, suo tempore vacillantis, pro secohabent, quid est aliud, nisi *πατέρων* dicti illius palmarii Matth. XVI, 18. *Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo meam ecclesiam*, cet. Ex cuius abusu adeo illimitati honores, iura & tituli Romano attribuuntur Pontifici, ut vel Indicem fastuose illius Bibliotheca sub titulo *Pape peruvoluti*, horror oboriatur, ac species obuersari videatur apocalyptica illius bestie ac mulieris, quæ plena erat nominibus blasphemiarum, Apoc. Xlll, 1. c. XVII, 3. Confer ven. d. IO. HENR. MICHAELIS *Dissertat. de Christo Petra ac fundamento Ecclesie*. Videmus igitur, quo vitiosum illud complacendi studium interpretes abripiant. Alia longe mens erat Paulo Gal. I, 10. *Numquid, inquieti, hominibus (nempe ut faueant mihi) persuadeo, an Deo? Aut num quero hominibus placere? Si enim adhuc hominibus placebam, Christi sane seruus non essem.*

SECTIO III.

EXHIBENS PARADIGMATA FALSARVM SCRIPTVRAE S. EXPLI- CATIONVM, AB INTERPRETIBVS *προσωπικούς* PROFECTARVM.

§. XVI.

Ex *προσωπικά* scripture s. dicta falso explicare. **I**n partium studio *προσωπικά* vicium primas tenere, supra quodammodo fuit indicatum. Hoc igitur qui committunt, eos ex Malach. ll, 9. recte vocaueris: *נְשָׁאֹת* faciem accipientes in lege: ut si maior personarum, quam verbidiuini, ratio habeatur, aut odisse.

ola, licet peripcius verbis in sacro codice concepta, quæ vel de iudaica gente, vel de sanctis cæteroquin hominibus ac laudabilibus, sacra litteræ narrant, extenuentur ac emolliantur; & vicissim de alienigenis benignius & indifferenter dicta exasperentur. Et profecto sicuti Deus ipse ἐν τῷ στολὴν, Act. X, 34. neque est apud eum ἀργοστάσιον οὐνει, Rom. II, ii. Eph. VI, 9. sed potius ἀργοστάσιον οὐνει, I Petr. I, 17. ita & Scriptura s. hoc diuinitatis charactere fulget, quod sit in narrationibus suis candida, sincera, a fuso aliena, nihil dans siue amori, siue odio, sed res omnes summa fide ita describens, prout gesta sunt, siue laude sint dignæ, siue vituperio; plane ut b. LUTHERVS Praefat. ad versionem vernaculam V. T. de Mose imprimis testatur: Moses schreibt, wie siehs treibt. Nec enim ita scriptores sacri historias consignarunt, vt de piis favorabili tantum, quæ vocantur, enarrarent, sed etiam neuos aclapsis, siue leuiiores siue grauiores, pari fide cum de sanctis personis, tum de se ipsis notarent; admodum hac ratione diuersi a nonnullis primæ vi Christianismi scriptoribus, qui quanquam animo forte non malo, minus tamen fideliter de primis Christianis ea propemodum commemorarunt tantum, quæ in laude ponerentur, omisisse fere, aut leuiter tantum tactis illis, quæ humanae fragilitatis exempla in ipso Christianismi flore primæuo essent. Vtinam igitur huic diuinorum auctorum sinceritati candor quoque responderet interpretum! Sed defectum hac in re prodent Iudeorum, Muhammedanorum ac Christianorum interpretum lapsus.

§. XVII.

IVDAEIS præcipue hoc vitium adhæret, vt, velut in gratiam & gloriā gentis suæ, odiosi illa, quæ de progenitorib[us] suis in scripturis narrata inueniunt, fere amoliantur, affectui suo plus indulgentes, quam veritati; & gloriæ, quam sinceritatis, studiosiores. Exempli gratia, quando Isaacus Esau, filio natu maiori, *venit frater tuus*, inquit, PER FRAUDEM, & abstulit benedictionem tuam, Gen. XXVII, 35. Gen. XXVII, id, quasi nimis durum & in patriarcham suum iniurium esset, 95.

C 2

emolli-

emolliuerunt Chaldaei, Iudeorum paraphrasta ONKELOS & PSEUDO-IONATHAN. Nam pro במרמה per fraudem, quod tamen in toto codice S. nusquam nisi in malam partem capitur, substituerunt בחרמיה vel per sapientiam, quod in virtute contra habetur: quasi vero, quod Iacobus instigante matre fecit, non culpabilis, sed pia fraus, immo laudabilis sapientia, ex mente Iiaci fuisse. Secutus Chaldaeos R. SAL.

Idem circa idem vecc*יברע* *במרמה*, pariter illud per fraudem, explicavit *בברכתה* Gen. XXXI, 19. 32. ubi dicitur: *Exsurata est (תְּהִנֵּנָה) Rahela iveraphim*, seu simulaera Deorum penatum, que erant pari ipsius. Ipse quidem Moses Rahelam furti in hoc actu commissi ream facere non dubitauit, cum illo ipso vtitur verbo, quod Exod. XX, 13. in Decalogi praecepto septimo, לא תגנֶב רעvisor, exstat; ac adeo pro diuino candore suo scapham scapham dixit. Quid vero Iudei? ONKELOS vs, molliori vtens vocabulo, vertit ונסירת & accepit; vt actio, si non bona fuerit, saltem a lectorre vt indifferens concipiatur, abstrahendo ab hoc, vtrum bona an mala fuerit. Pariter interpres Arabs, iudeus & ipse, reddidit פארחפַת & occultauit. Quæ vergiuersatio, vnde est, nisi a studio partium erga eam personam, quæ alibi scripturarum in laude est, & quam pars populi Israelitici haud exigua matrem agnoscit? R. SALISAACIDES verbum illud a constanti significatu diuertere quidem non est ausus; attamen scholion satis benignum addit, לחרוש ארץ אביו מוכחות אלילס נבונת patrem suum a cultu idolorum abstrahere voluit: cuius vero coniecturæ indicium nullum est a Moze expressum.

§. XVIII.

Audiamus Iudeos alibi quoque, contra veritatem textus: Gen. xxxviii, sacri, patriarcharum facta excusantes, videlicet Gen. XXXVIII, 2. vbi legitur: *Vidit ibi [apud Adullamensem Chiram v. r.] Iuda filiam viri (כנען) Cananæi, nomen habentis Schue, & duxit eam (רִזְקָה), & venit ad eam.* Vix dubium est, ma-

tri-

trimonium hocce cum Cananitide non fuisse boni moris atque exempli, sed contrarium tum institutis patriarchalibus Gen. XXIV, 2. sqq. c. XXVI, 34.35. c. XXVII, 46. c. XXVIII, 1. 2. tum voluntati diuinæ, quæ iam inde ab antediluvianis temporibus innotuerat Gen. VI, 1-7. quemadmodum Venrandus PRAESES in Dissert. de Antiquitatibus Oeconomie patriarchalis §. XXVIII. p. 57. fq. pluribus ostendit. Tentarunt igitur Ebreorum magistri, labem hanc, si fieri posset, ab Iuda, viro cætera non illaudabili, & a quo Iudei magna ex parte originem, & in vniuersum omnes nomen sortiti sunt, abstergere. Primo enim ex focero Iude, quem Moses Cananitam fuisse diferte memorat, ipsi contra fecerunt mercatorem, mutato nomine illo כנען Cananei, quod in se proprium, idque gentile est, in appellativum, quod mercatorem designet. Quomodo cum Talmudici tr. Peſachin f. 50. tum paraphraste Chaldei ONKELOS & IONATHAN חנוך & נער mercatorem reddiderunt, cum sequacibus R. SAL. ISAACIDE & R. SAMVELE BEN MEIR in Comment. l. c. quorum hic nominatio ita habet: Vox כנען explicanda est cum Targumistis MERCATOR, sicut Ef. XXIII, 8. MERCATORES EIVS, ⌈ Hes. XII, 8. כנאנְ QYOD AD MERCATOREM, in manu eius sunt lances fraudulentæ; cum subiuncta ratione: quoniam a filiabus Canaanis, seu a mulieribus Cananiticis, cauere sibi insi sunt. Verum si hæc argumentatio a iure ad factum valeret, nulla omnino patriarcharum futura essent ῥαγοցauxia, & deberent scripturæ loca, quibus talia notata sunt, pariter in aliun plane torqueri sensum. Atqui cum Moses mercatorem alibi vocet סוחר, & nomine כנען contra innumeris propemodum locis in Pentatecho suo, tamquam proprio gentis Cananitice vtatur, quis ei, quæfo, nisi partium studio abreptus, in historiis matrimonii Iuda mercatorem existimabit Cananei vocabulo venisse? Igitur rectius A. EZRA, cum hoc magistrorum gentis fuit interpretationem attulisset, hanc addidit episcopis: Verum prestat, exponere illam vocem secundum

*Sic quoniam et cetera. Ex VI, 20. Iheramus uxorem duxisse
uter מִלְכָרֶת יְהוָה, וְיְהוָה reviderent Subjectum
et hoc est deinde ut postea dicitur; non matrimonium hoc
videtur esse pro gradu probabilem Leu. 18, 12.*

SECTIO III. EXHIBENS PARADIGMATA

dum simplicem eius significatum. Sed hic nondum substituit adfectata interpretatio iudaica. Nam secundo verbum illud יְקַרֵּה sumfit eam, quod ex vulgatissimo Ebraeorum usu exponentium erat, & duxit eam, PSEUDO-IONATHAN vertit: קַרְתָּה profelytam fecit eam: quasi tropica hebreo illi verbo infest significatio, sicut cum dicitur Proverbi XI, 30. Fructus iusti est arbor vite, וְקַרְתָּה & capit (salutari doctrina) animas sapiens.

§. XIX.

Idem partium studium ex iudeorum explicationibus pellucet, cum mulierem illam, quam Iuda filio suo Schele uxorem dedit, quæque probabiliter Cananiticæ gentis non minus, quam propriæ Iudeæ uxor fuit, filiam Semi magni, sine villa idonea ratione, quin absurde faciunt. Ita enim expresse PSEV-

Gen. xxxviii, DO-IONATHAN ad Gen. XXXVIII, 6. qui & ibidem v. 24.

Iudam, Thamaræ sacerdotum de hac nuru sua, adulterii nomine infamata, sic fermocinantem inducit: Nonne filia sacerdotis illa est? educite eam ut comburatur. Et R. SALISAACIDES Comment. ad h. l. ait: Dixit Ephraim Cafchenfis nomine R. Meiri: Filia fuit Semi, qui sacerdotio functus est; ideoque flammis addixerunt eam. Conf. & Talmud. Tract. האלליות f. XXXVI. Rectius R SAM. BEN MEIR de iudicio illo, quo ad rogum condemnata est Thamara, sic, inquir, mos fuit illorum, quando vidua quedam leuiro, seu fratri defuncti mariti, obligata erat.

§. XX.

Porro constat, Rababam Hierichuntinam, quæ exploratores Israeliticos hospitio exceptos seruauit, vocari Ios. II, 1. & alibi sibi ipsius נָגָן scortum. Quod vero, quia probrosum videbatur, igitur Iudeorum magistri, tum propter officium, quod haec mulier populo praefuit Israelitico, tum quod cum viuiera familia Ebraeorum genti postmodum adiuncta est, Ios. VI, 25; missa visitatissima illius nominis significatione, alias, sed nullo idoneo exemplo ex codice S. firmatam, substituerunt notionem, facientes ex scorio פָּנָרְקָרְתָּה i. e. παγδοκευ-

Gen. XLIX, 6. שָׁׂמֵחַ תְּשִׂמְחֵה כָּלְבִּים
אַתָּה בְּנֵי חַעֲלֵל מִכְּרֹתִים
Onk. veritatis: Ios. II, 1.
בְּנֵי יִשְׂרָאֵל בְּנֵי יִשְׂרָאֵל בְּנֵי תְּנוּבָה
עַבְרוֹ גַּבְרָא

δούλωγεων, seu *cauponam*, quæ hospitio suo quousquis excepte- *Hanc huiusmodi explicacionem*
rit. Sic enim vocem *נָגָה* in historia Rahabe ubique vertit *D. de Guderei in tom. Intel.*
Chaldaeus interpres IONATHAN: quasi a *לְאַלְעֵר* diceretur, *ligebz n. Zelat* *Heb. A. 1732.*
quæ alimena præbeat hospitibus. Cui sententiae pollicem pre- *N. XV. p. 230. tornare ad.*
munt D. Kimchi & Sal. Isaacides; & quod mirum est, ex ipsis
Christianis non nulli. Quanto rectius Apostolis Domini no- *grecus est; Lev. parvus sc.*
*stri circa affectionem vocatur *רָאֵב* הַוּגֶן, Rahaba scortum,* *Urbier.*

Hebr. XI, 31. & Iac. II, 25. licet eam non solum in illustribus
collaudarent fidei exemplis, sed etiam Salmoni, Nahassonis
filio, ex Principibus Iudeæ, nuptam, in progenitoribus Christi
locum obtinuisse, probe scirent, Marth. I, 5. Ad quem locum
optime HIERONYMVS, In Genealogiam Christi, inquit, nulla
*sanciarum mulierum adsumitur, sed ea, quas scriptura repre-
*hendit; ut qui propter peccatores venerat, de peccatoribus na-
scens, omnium peccata deleret. Et vel hoc Rahabæ exemplo*
confirmari debuit, quod Salvator noster dixit Math. XXI, 31.
fore, ut publicani & scorta precessuri sint hypocrites in regnum
Dei. Ac adeo, quod in se probri est atque dedecoris, per
*accidens solatii fit argumentum. Id vero doctrine atque fo-
*latii in hoc quidem exemplo tollit studium partium.***

§. XXI.

Expressius vero crassiusque studii partium exemplum vix
vllum est, quam illud Talmudicorum doctorum, quo in Tr.
כל האומר רាទן ובני עלי *c. V.* ita pronuntiant: *ובני שבטך* *Quis-*
dixerit Rubenem, & filios Eli, & filios Samuelis, Dauidem:
ac Salomonem peccasse, is omnino errat. Impudentissima af-
*fertio, quam secundum singula momenta considerare, & atro-
notare calculo iuuabit. Quod enim primo ad incestum il-
lud Rubenis facinus attinet, de eo sic legitur Gen. XXXV, 22. Gen. XXXV,
Factum est, cum habitaret Israel in terra illa, iuit Ruben *רָשָׁכְבָּן* *אֶבֶן* *22.*
& concubuit cum Bilha, pellice patris sui.
Quid clarius hoc dici potuisset? in primis cum pater Iacobus,
*ad hoc ipsum filii scelus respiciens, in ultimis verbis suis Gen.**

XLIX,

Sic in Similope Jud. XVI, 1.
נָשָׁה זָנוֹת אֶת נָשָׁה יְהוָה
פָּונְקִוָּת אֶת נָשָׁה יְהוָה
Kimchi in M. I.

XLIX, 3, 4. dicat: *Ruben primogenitus meus tu es: -- sed o leui-
tas [leuissime] ad instar aquarum, -- quoniam confendisti thorum
patris tui: tunc (thorum) polluisti; lectum meum ille leuissi-
mus homo ascendit!* Et si quidem nec hic locus videbatur suf-
ficere, idem actus facinorosus etiam I Par. V, 1. ita describi-
tur, vt nihil sit, quod morari lectorem queat: *Ille (Ruben)*
*fuit quidem primogenitus; sed cum polluisset thorum patris
sui, data est primogenitura eius filius Iosephi.* Ast Iudei frigi-
dissime Rubenis factum interpretantur. Nam PSEUDO-ION-
NATHAN locum illum priorem Geneseos sic σταραφεύει:
*Factum est, cum habitaret Israël in terra illa, iuit Ruben, &
confudit fratrem Bilhæ, pellicis patris sui, quod ordinatum erat
erogione fratris Lee, matris sue, & imputatum est ei, quasi con-
cubuisse cum ea.* Sequitur Ionathanem R. SAL. ISAACIDES
in Comment. ad h. l. Propterea, inquit, quod confudit lectum
eius, scriptura imputat ei, ac si concubuisse cum ea. Quare au-
tem confudit & violauit fratrum eius? Quod, cum mortua esset
Rabela, Iacobus lectum suum, qui continuo ad id usque tempus
in territorio Rabela, nec in ceteris territoriis steterat, sublatum inde
posuisset in territorio Bilhæ. Venit igitur Ruben, ac requisuit
iniuriam, marri sue illatam, dicens: si soror matris mee fuit
aduersaria matris mee, ergone & ancilla sororis matris mee erit
aduersaria matris mee? Ideoque confudit lectum. Idem ha-
betur in ipso corpore Talmudico Tr. Megilla f. XXV. &
Schabbath f. XXV. suffraganibus R. ABRAHAM BEN EZRA,
qui alias sanior tribulibus suis foletesse, & R. IACOB ABEN-
DANA, scribent in spicilegio ad Michlal Iophi: *Verissimè est,*
*quod dixerunt magistri nostri p.m. quod non concubuerit cum Bil-
ha, (abst hoc!) sed tantum confuderit fratrum patris sui, eo, quod*
honori matris sua compateretur. Quam interpretandi licen-
tiam recte damnauit B. LUTHERVS Comment. in Gen. ad l.c.
To. III. p. 207; Iudei, inquit, scetus hoc excusare conantur, vt
solent esse in laudes suorum effusissimi; quemadmodum & Greci
olim, & Itali hodie omnes alias nationes pre se contemnunt,
& vocant barbaros. Ita Iudei, vbi manifesta sunt vitia sue
gen-

gentis, tamen student extenuare, tegere, ornare. - - - Sic de-
prauant sacram scripturam insulissimis & vanissimis nūgis. A
partium vero studio hanc detorsionem repetendam esse, tum
res ipsa loquitur, tum Pseudo-Ionathan, Talmudicique do-
ctores & R. Sal. Isaacides manifeste produnt, afferentes, ver-
ba illa (fuerunt autem filii Iacobi duodecim) ideo historiæ pol-
luti a Rubene thori paterni immediate subiecta esse, ut doce-
remur, fuisse eos omnes (virtute) æquales, & omnes iustos, ac
adeo non peccasse Rubenem. Quod tamen vix aliud est, quam
Deo ipsi velut in faciem contradicere, & in scripturas iniurium
esse, dum parcitur honori Rubenis & gloriæ Israeliticæ.

§. XXII.

Porro de *filiis ELI*, quorum famam conseruare Iudei
satagunt, extant clarissima verba I Sam. II, 12. *Filiī Eli erant* I Sam. II, 12.
filiī Belialis, seu homines nequam, nec noterant (curabant) 22.
Dominum; & v. 17. Et erat peccatum itaenun illorū ingens
valde coram facie Domini: quoniam contemnui exponebant homi-
nes isti sacrificium Domini. Inprimis vero v. 22. Eli audiebat
omnia, que facerent filii sui toci Iraeli, & quod concumberent
cum mulieribus, in agmen conuenientibus ante oſiū tabernaculi
conuentus. Ad quod postremum comma haec habet D. KIM-
CHI in Comment. *Sunt ex Rabbiniis nostris b. m. qui id aliter,*
quam secundum litteram explicarunt, afferentes, eos non concu-
buisse cum mulieribus, sed imputari hoc eis a scriptura velut con-
cubitum cum mulieribus, quod, dum he oblationes suas Siluntem
afferent, illi morari inierint eis, cogentes eas extra domos
Iuas pernoctare. Idem figmentum adferunt quoque R. SAL.
ISAACIDES & R. LEVI BEN GERSCHON in Comment. suis
ad h. l.

§. XXIII.

Pari modo de *filiis SAMVELIS*, eorumque peccatis, lo-
cus manifestus est I Sam. IIIX, 3. *Non ambulabani filii eius in* I Sam. IIIX, 3,
vis ipsius, sed deflexerunt post quæstum, sumseruntque munus,
& peruerterunt ius. Verum post SAL. ISAACIDEM in Com-
ment, ad h. l. strictius hoc monentem, D. KIMCHI Rabbini
noſtri,

D

nostri, inquit, perhibent, filios Samuelis non peccasse, nisi quod non obierint varia loca Iraelis, sed manferint domi sue, ut maiorem procurarent ministris scribisque suis mercedem. Id ipsum igitur imputatur eis a scriptura, quasi accepissent munus. Addit tamen ingenue: At secundum literalem expositionem textus videntur peccauisse. Cui iudicio & nos merito subscribimus.

§. XXIV.

DE DAVIDE, Bathsebam, vxorem Vriæ, adulterante, tam **II Sam. XI, 4.** perspicue loquuntur historiæ sacræ II Sam. XI, 4. vt nemo, nisi manifesta violentia viens, aliter interpretari queat. *Mittens David nuntios* (sic habet l. c.) *accersuit Bathsebam*, que *& venit ad eum, illeque concubuit cum ipsa, dum se vix sanctificasset ab impuritate sua menstrua.* Quid vero Ebræorum magistris, præpostero ac intempestivo ergo Davidem, qui alias vir secundum cor Dei erat, affectu occupati, dicitant? **D. KIMCHI** Comment. ad h. l. *Rabbini nostri*, inquit, *dixerunt:* *Quisquis exit in bellum dominus Davidis, scribit (tacite) libellum repudii vxori sue, si quidem in bello moriturus esset. Propterea efficit David, vt Vria interficeretur, quo feret illa repudiata retro*, i. e. antequam maritus, ex bello redux, sublate repudio temporario, eam veluti denuo duxisset. Bella nimirum & iudaico ingenio digna Davidis excusatio! qua, vt ne David pro adultero habeatur, liberam tunc temporis & velut cælibem Bathsebam fuisse inaudito artificio comminiscuntur, licet cæde & dolo malo liberare eum nequierint!

§. XXV.

I Reg. XI, 4. Denique de **SALOMONE** scriptum legimus, I Reg. XI, 4. *Factum est tempore, quo consenserat Salomo, uxores eius inclinaverunt cor eius post Deos alios; nec erat cor ipsius perfectum cum Domino Deo suo, sicuti cor Davidis patris sui. Et sectatus est Salomo Astartem, numen Sidoniorum, & Milchonum, derestabile Ammonitarum idolum: fecitque Salomo excelsum Camosébo, derestabili idolo Moabitarum, in monte, qui est ante Hierosolymam, & Molocho, nefando Ammonitarum deaastro.* Huic igitur Salomonis

moni patronis opus erat, qui causam eius defenderent, & tam praeclarum Regem, si non ex toto, in tantum tamen innocentem fuisse ostenderent, vt, si quid culpe in eo haberet, id conniuendo & permittendo potius, quam committendo contraxisset: & hos patronos in Talmudistis, eorumque sequacibus Rabbini reperit. Nam SAL. ISAACIDES Comment ad h. I. Rabbini nostri, inquit, dixerunt, Salomonis haec imputari ac tribui, quod uxores suas id facientes non impediuerit. Plenius LEVI GERSONIDES ad l.c. Quandoquidem memorauit, uxores eius inclinasse cor eius, opus non erat adiicere, QVOD COR IPSIVS NON FVERIT PERFECTVM CVM DOMINO DEO SVO sicuti cor Davidis, patris ipsius; si quidem voluisset dicere, Salomonem ipsum coluisse Deos alios. Hinc clarum est, Scripturam hoc potius dicere voluisse, quod amor eius erga uxores suas inelinauerit cor ipsius, vt sineret eas colere Deos alios, & conniveret eis. Indidem quoque clarum fit, quod, quando in textu dicitur Salomo SECTATVS esse Astartem, Sidoniorum numen, & Milchomum, Ammonitarum Deastrum, hoc solum innuat, quod indulserit uxoribus suis Sidonis & Ammoniticis suos colere Deastros, conniuens. - - Cuius interpretationis argumentum est, quod v. 8. legitur: Et sic fecit omnibus uxoribus suis peregrinis, suffientibus & sacrificantibus Diis suis. Immo non repugnabat comma hoc, si vel maxime priora illa secundum literam, (vt fas erat) caperentur. Mittimus reliqua, quibus idem Rabbi interpretationem suum infusare conatur; cum ex dictis pateat, doctores illos, in quibus & ISAAC ABARBANEL est, praeiudicio abreptos esse, vt, quod Scriptura de Salomone differtis verbis dicit, tamen sic, vt verba sonant, intelligi debere negent, quoniam, vt GERSONIDES loquitur, falsum sit, in tam virum, qualis fuit Salomo, sapientia & cognitione vnius Dei ceteris mortalibus preftans, idolatriam cadere potuisse. Quidni vero? ergore verbum illud Dei, quod in hoc ipso capite v. 2. ex Exod. XXXIV, 16. & Deut. VII, 3. allegatur, patitur illius solam idolatrici cultus permissionem, excluso priori exercitio, restringent?

§. XXVI.

Deinde ex o- Considerauerimus hucusque Iudeorum laboriosos nifus in
dio erga ali^{as} interpretandis sⁱ litteris pro gloria gentilium suorum, sancto-
as nationes. rumque alias hominum, sarta te^ctaque conseruanda ; restat
ut ostendamus, eos, vbi de alienigenis sermo est, verba sen-
sum malum nequicquam fundentia, in deteriorem torque-
re partem, ad inuidiam illis confundam. Tantum videlicet
tribuunt odio erga hos, quantum amori inordinatio erga
fe & gentem suam ; excusantes suos, accusantes alienigenas;
suis faciles indulgentesque, aliis vero acres, quanquam iniqui
censores; vitiorum sue gentis dissimulatores, in aliorum vero
pandidis dedecoribus, aut potius excogitandis, malevoli
critici. Capiamus exemplum ex Idumaeorum & Choraeorum

Gen. XXXVI., genealogiis, Gen. XXXVI. descriptis. Ibi enim v. 12. dic-
tur: *Et Timnah erat pellex Eliphazi, filii Esaui: quæ peperit*
^{12.} *Eliphazo Amalekum. Hic SAL. ISAACIDES Comment. ad*
h. l. primo quidem gloriolam pro gentis sue patriarcha, A-
brahamo, vanissime caprat. Timnah hæc, inquit, fuit pellex
Eliphazi, ad indicandam magnitudinem Abrahāmi, quantopere
cupuerint alienigenæ, semini seu familiæ eius adhaerere. Id
ut obtineat, asserit, quamquam sine sufficienti arguento,
(potuit enim hæc Timnah alia esse a sequenti eiusdem nomi-
nis) eandem hanc esse Timnah cum illa, de qua v. 22. sermo
est. Fuit hæc Timnah, inquit, filia principum, ut dicitur v. 22.
Et SOROR LOTANI TIMNAH: Lotanus vero fuit ex princi-
pibus incolarum Seiriticæ regionis, ex Choræis, qui habitarunt il-
lic olim. Dixit igitur illa: Non sum digna, que a te ducar,
nempe ut vxor iusta; utinam tantummodo sim pellex tibi!
Hactenus ergo pro gloria posterorum Abrahāmi scribit Isaacides. Iam vero quoniam Timnah hæc nupsit Esaui filio, cui
Amalekum peperit, quorum tum hoc, tum illud Iudeis ex-
secreabile nomen est; igitur eidem non minus, quam mari-
to eius Eliphazo labem conatur adsperrgere, falso iterum
abutens supposito, quasi hæc Timnah eadem fuisset cum illa
eiusdem nominis persona, que 1 Par. I, 36. inter eiusdem

Eli-

Eliphazi connumeratur filios. *Chronica*, inquit, connumerant eam in filiis Eliphazi, quod documento est, Eliphazum cum Seiri uxore (Gen. XXXVI, 20. 22.) congressum, & ex hoc coitu natum fuisse Thimmah, que cum adolevit, facta est tandem pelletra eius. Atqui meminisse debuerat interpres parum aequus, diuersas plane fuisse personas, quamquam eodem gaudentes nomine, Timnaham feminam, pellicem Eliphazi Genes. XXXVI, 12. & Timnahum marem, qui i Par. I, 36. in filiis (non filiabus) Eliphazi recensetur. Sic vero maleuola, vt vindetur, mente abreptus, Eliphazo, quem scriptura ipsa criminale nullo grauat, geminum, idque horrendum impingit scelus, & adulterii, & matrimoniiincesti.

§. XXVII.

Simile specimen cape ex Choræorum genealogia, cod. cap. Gen. XXXVI. Memorant enim ibi duo homines, Gen. XXXVI, vterque *Ana* seu *Ana* nominatus; alter *Seiri* filius v. 20. alter *Sibeone* genitus v. 24.. ac adeo eiusdem *Seiri* nepos, coll. v. 20. Cum autem in genealogiis Israeliticis satis crebro veniat visu, vt iisdem nominibus diuersæ personæ gaudeant; vt, quando i Par. V. in Aaronis familia tres numerantur *Azarie* v. 35. 36. 39. duo *Amarie*, totidemque *Achirubi* v. 33. 37. & duo *Sadoki* v. 34. 38. æquum igitur erat, vt in Choræorum familia l. c. eadem æquiuocatio, ab ipso Mose satis luculenter explicata, attenderetur. Sed, velut de alienigenis dicta omnia inuidiose & in deterius interpretanda essent, prædictus ille SAL. ISAACIDES Comment. ad h. l. hæc annotauit: *Iste Ana* idem est cum illo superius commemorato v. 20. vbi erat frater *Sibeonis*, sicuti hic contravocatur filius. *Innuit* igitur scriptura, *Sibeonem* cum matre sua congressum genuisse *Anam*. Igitur *Sibeon*, *Seiri* filius pefando coitu foetum hunc suo ipius patri supposuisset: quo nihil foedius dici potest. Et mirum est tamen, ISAACVM A BARBANELEM, emundioris cæterum naris scriptorem, non solum in hac & superiori causa *Sal. Isaacides* suffragari, sed plura quoque istiusmodi sceleræ ex genealogiis illis, Gen. XXXVI, exculpta potius, quam inuenta,

D 3.

Idu-

Idumeis Chorœisque imputare. Omnino (sic scribit in Comment. ad l. c. f. 100. c.) filii Esaui magnam partem fuerunt (מִזְרָחִים) spuriis. Nam ecce Obolibano, filia Ana, filia Sibeonis (de qua v. 2. 14. 25.) fuit spuria, quam Sibeon cum nuru sua, uxore Ana, congressus procreauit. Verum fallis, doctissime Abarbanel, confundens diueras Obolibamas, priorem v. 2. 14. & posteriorem v. 25. Nempe prior illa, Esaui vxor, a matre Ana, auoque paterno Sibeone appellata; haec posterior vero a patre Ana: illa prior fuit ex stirpe Chiuæorum v. 2. haec posterior vero ex Chorœorum familia v. 25. Quod de priore Obolibama dicitur v. 2. vertendum est, non filia Ana, filia Sibeonis; sed potius, filia Ana, filie Sibeonis, hoc est, quæ Ana Sibeonis filia erat. Haec si obserues, euanescit incestus concubitus. Addit autem ABARBANEL: sed & Corach fuit spurius (nempe ex errore Iudeorum hypothesi, quasi Corachus, filius Esaui v. 14. 18. vnuis idemque eslet cum altero Coracho Eliphazi filio, Esaui nepote v. 16.) pariterque Timnah fuit notha: quemadmodum doctores nostri ex commatibus iſis euicerunt. Nimirum hec ultima verba produnt interpretamenti impurum fontem, præiudicium Talmudistarum, quorum doctrinæ ab Iudeis instar idoli alienius colluntur. Clarius vero dilucēscit studium partium ex hisce ABARBANELIS verbis, quæ ad l. c. fol. 100. b. & c. habet: Secundo, inquit, scriptura hac genealogia Esaui intendit docere, fuisse filios Iacobi duodecim omnes sanctos, & Dominum in medio illorum; at filios Esaui magnam partem spurious. Quæ gloriā gentis & contentum alienigenarum sapient, plane vt tempore Christi gloriabantur Iudei Ioh. VIII, 41. ἡγεῖσθαι τοις ιατροῖς & γένεσιν θαῦματα εἶχεν τὸν Θεόν. Sed tecum habita, Iudeæ, & noris, quam sit tibi curta ad gloriandum supellex. Meminisse enim debebas, natales tuos æque, ac aliarum gentium, labe ad persos esse, &, si tum indoles tua naturalis, tum quorundam progenitorum tuorum facta spectentur, patrem tuum dici posse Amoreum, matremque Chitteam Ezech. XVI, 3. Recogita enim Iacobi, quam-

quamvis decepti, simultaneum cum duabus sororibus coniugium, legibus Mosaicis contrarium; facinus Rubenis, quod tu quidem sine villa specie extenuasti; recogita incestum Iudee cum nuru sua Thamara concubitum, ex quo iudaice familiæ conditores præcipui, Paretus & Zerachus, prognati sunt; recordare item adulterii Davidis; & parcius, ut speramus, gloriaberis. *Nam in quo iudicas alterum, te ipsum condemnas.* Eadem quippe facis, & fecerunt maiores tui, qui iudicas Rom. II, 1. Accedit, quod Iudei ipsi, huius gloriationis immemores, ea aliquando fingunt, quæ cum gloriatione ista parum congruunt; ut cum SAL. ISAACIDES Comm. in Gen. XLVI, 10. Dinam, Iacobi filiam, quam sub Cananitiis nomine latere vult, a Simeone fratre; *Pseudo-Ionathan* vero in paraphrasu sua Chaldi. ad v. 20. *Dinam* eiusdem filiam ab Iosepho ducet esse, temerarii auctores sunt. Recte autem de iudaicis hisce explicationibus iudicat R. LUTHERVS Comm. ad Gen. c. XXXVI, Te. III. p. 211. *Ego toto peccatore detestor Iudeos, & commentarios Rabbinorum, quia hic mos est, imo manifes tus furor eorum, ut undecunque possunt, colligant suorum laudes, & gentium ignoriam, -- ac vere in eos competit pudura Christi defestuca & trabe, item de colantibus culicem, & deglitientibus camelum, cetera.*

§. XXVII.

A Iudeis, eorumque in explicandis scripturis peruersis nos, ad M V HAMMEDANOS paulo digreditur tractatio nostra. Delinquunt illi in eo grauter, quod maiorem sui Prophetarum, quam verbi divini rationem habeant, multa scriptura oracula præclare & auguste dicta huic perperam & intempestive applicantes. Quod si vero quæsiueris, unde tandem probent auctoritatem *Muhammedis* propheticam, docet id nos anonymi cuiusdam Persæ epistola, ex Persia Romam, inde in Viennam delata, quæ in THEODORICI HACKSPANIE tractatu ad R. LIPMANNI Nizzachon conscripto c. XI. p. 307. annexa deprehenditur. En ipsa verba huius epistole initia lia, quæ ex IO. FRISCHMVTHI Dissert. de locis Scripturarum,

Muhammedani pro auctoritate

Prophetarum sui divina

male refuta

runt dicta

ræ, quibus probare Turcæ satagunt, Muhammedem veri nominis prophetam esse, §. 6. afferre placuit: *O ceterus Christianorum! si vos vultis, ut ostendam vobis testimonium legis Misericordie prophetæ Muhammedis; itaque scitote, quod appareat veritas dicti*

Deut. xxxiii, eius Deuter. XXXIII, 2. VENIT LUX A MONTE SINA, ET

ILLVXIT NOBIS DE MONTE SEIR, ET MANIFESTATA
EST SVPER NOS DE MONTE PHARAN. *Hucusque ille. Est*
autem manifestum, quod dictum eius: VENIT NOBIS DE
MONTE SINA, indicium sit reuelationis Dei laudandi factæ
Mosi in monte Sina. At dictum eius: ILLVXIT NOBIS DE
MONTE SEIR, signum est reuelationis Dei laudandi factæ Chri-
sto. Namque Seir significat terram Galilee, quam habuit
Christus, in oppido ex oppidis, quod vocatur Nazareth: Idcirco
appellantur cultores Christi Nazarenii. Sed dictum eius: ET
MANIFESTATA EST SVPER NOS DE MONTE PHARAN,
est manifestatio reuelationis Dei excelsi factæ Muhammedi.
Etenim Pharan est mons in finibus Mecche, iinere unius diei.
Lepida proœcta & monstrofa hæc est interpretatio, quæ
Seir ad Christum, Pharan contra ad Muhammedem refert.
Nunquam enim Seir in l. litteris notata Galileam aut oppi-
dum illius, ut homo barbarus contendit; potius ipse Deus
CH *Deut. II, 5. testatur, se montem Seir Eſaias tribuisse, ut Israelite*
nihil in eum iuris habuerint, quæ hulco minus igitur inde Mu-
hammedis ciusque reuelationis mentio elici potest. Habitu-
tuit quidem in Pharan Ismael, a quo suum genus deducere
amant Musulmanni, Gen. XXI, 21. quomodo vero mosaica verba
de ipsi Muhammedi facta reuelatione, de qua alias nulla infa-
cris extat mentio, accipere possent, cum de monte Pharan, in
monstrofa defero sit, legislator sit locutus, quem diuina gloria
tunc illultrauit iuxta cum reliquis montibus, cum lex promulga-
retur, nempe Sinai, Seir & Pharan: vt FRISMVTHI verbis ex
§. 13. cit. Dillert. vt amur. Sed Epitolographum nostrum ex alio
loco contra Christianos disputante audiamus; videlicet
Ief. XXI, 7. ex Eſ. XXI, 7. Ita enim ille pergit: *dixit Eſaias propheta in*
lege: vidi duos equites, resplenduit ab eis terra. Vnus eorum
ſuper

super asinum, & alter super camelum. Et quidem non latet vobis, o catus Christianorum! quod ascensor asini significet Christianum, & ascensor camelii designet Muhammedem. Hic vero risum teneant, quisquis deliramenta huius explicationis legit. Primo enim nihil de terra, quæ ab equitibus resplenduerit, in codice s. habetur; verba enim textus s. ita sonant: & vidit currum, par equitum, currum asini, & currum camelii. Deinde, licet nos Christianos non fugiat, de Messia nostro in Scripturis s. assuerari Zach. IX, 9, eum, ut Regem Sionis, Hierosolymam esse ingressurum, insidentem asino, id quod & euentus comprobauit, coll. Matth. XXI; tamen in toto hoc capite ne verbum quidem de Messia, vel propheta quodam alio, sed de excidio potius Babyloniorum per Medos & Persas legi, manifestum est.

§. XXIX.

Quid porro pro diuina legatione sui Pseudoprophetæ ex Scripturis adducant Musulmanni, docet GREGORIVS ABVL FARAIVS, vir doctissimus & fide dignus, Christianus, tantæ eruditionis vir, & tantæ auctoritatis, ut eum Christianis inuident, & sub finem vitæ Muhammedicam religionem amplexum fuisse communiscantur. Sic vero ille in Historia Dynastiarum p. 104. scribit: In libro Psalmorum, (Psalms. L. 2.) Psalm L², isto textu unitur Muhammedis: Deus e Sione manifestatur A CLILAN MAHMVDAN, coronam laudatam. Per coronam indigitari aitiam regnum: per Mabmid, (i. e. laudatam) Muhammedem. Quam longe vero hic a veritate aberrent, inde patet, quod in fonte Ebreo ne vestigium quidem appareat huius sensus, quem Christianis obtrudere conantur; sed de temporibus N. T. & prædicatione Euangelii in eo agatur. Hunc autem errorem Muhammedanos ex Syriaca versione, quæ verba Psalmistæ ita transtulit: ex Sione coronam gloriosam Deus ostendit, haussisse, quam postmodum una Arabicarum versionum forte secuta fuerit, FRISCHMVTHVS sagacissime coniicit. Proinde argumentum hoc Muhammedanorum non a sensu, sed a nominis denotatione stolidissime est petitum. Deni-

E

ni-

nique impio plane & blasphemо abusu in rem suam trahunt
 Ioh. XVI, 7. dictum Ioh. XVI, 7. quo Muhammedem *Paracleti*, ab ipso
 Christo promissi, augusto titulo insignitum esse contendunt.
 Id quod ABVLFARAIVS his verbis recenset: *In euangelio demum
 isto textu* (nituntur) *Si ego non abeam, paracletus ad vos non
 venit.* Habemus igitur, si Diis placet, Paracletum, de quo
 Christus sit vaticinatus. Verum non de Muhammede; sed
 de Spiritu sancto sermonem illic esse, in aprico est. Quapropter
 nolumus his nugis diutius inhærere, cum ex uno hoc
 alteroue exemplo, fatis pateat, quam inique a Muhammeda-
 nis diuina oracula habeantur. Interim si plura desiderauer-
 ris, aedes LVDOV. MARACCIVM Prodromo ad Refutat. Al-
 corani P. L. p. 15. seqq.

§. XXX.

Ex Christia- Progredimur ultimo loco ad CHRISTIANOS, eorum
 nis nonnulli que ex *προστατεύει* profectas interpretationes. Evidem-
 locum Gal. sanctior omnino Scriptura s. videri poterat, quam ut a Chri-
 stianis, meliora ex ipsa S. Scriptura edochis, labe hac contami-
 naretur: sed neque illos ab hoc adfectu plane fuisse immu-
 nes, exemplo quorundam Patrum clucescit. Ita enim e. gr.

*Iona. Cap. Sicut erat Thes. 1. et. IOAN. CHRYSOSTOMVS verba Pauli Gal. II, n. cum venisset
 Iub. voce ὄνοματά, p. II. Petrus Antiochiam, in faciem ei restitit, quia reprehensibilis erat,
 col. 459. Nec deinde, scilicet, quousmodo extenuare & limitare studens, omnem suspicio-
 ex antiquis Patribus, qui p. 1. nifus est. Verba eius in comment. ad h. l. haec sunt: Non dixit
 triarcharum, aliorumque piorum (Paulus,) reprehensum a me, sed simpliciter reprehensus: baud
 lapsus, in facies litteris produbium, quin ab aliis: nam id aliunde subaudiendum est. Quid
 Vitor, haec ὀρθοπολεμος peccatum dixit, nata πρόσωπον αὐτέων, perinde est quasi dixisset,
 etiā eunt excusatim? De IN SPECIEM. Etenim si vera fuisset inter ipsos contentio, ne-
 quibus videantur aurece quaquam presentibus discipulis se iniucem increpauissent. Granu-
 Cl. Galatiori Note ad lib. enimus illis fuissent offendiculo. Nunc autem nullis erat palam IN
 XI. Marci Antonini, p. 400. SPECIEM adhibita diffensio. Abhis non procul abscedunt
 illa HIERONYMI ad h. l. Restitit, inquit, Paulus secundum fa-
 ciem publicam Petro & ceteris, ut hypocrisis obseruande legis, que
 nocebat eis, qui ex gentibus crederant, correptionis hypocrisi
 genen-*

T Hieronymis in quo erat candore, sententiam hanc retractavit lib. I. dicit don. Pelagianos
cap. VIII.

emendareetur & vixque populus saluus fieret. Verum hic obseruare licet, quam fallacia alia aliam trudat, & quid sit personarum respectu nimium concedere; qui scripturam, modo cum acumine aliquo, torquere mauult, quam fateri, quod ex necessaria verborum significacione vitro fluit. Multo aperitione hac in re e. noster LUTHERVS, qui in Comment. ad h. I. explicare presumit, quod candide professus est: Paulus vera reprehensione Petrum corripuit, durus in facie, dulcis in corde erga Petrum. Vera itaque culpa Petri, & reprehensione dignissima, & in neutrō simulatio qualem Hieronymus putat. Prior autem erat, qua cogebat Petrus iudaica & legalia seruare. Confer & B. SPENERI Expositionem vernacularū Epist. ad Galatas p. 145. vbi inter alia, eine solche Simulation und Verstellung, inquit, würde einem der gleichen theuren Apostel nicht anständig gewesen seyn, sondern streitten mit der Aufrichtigkeit, welche Christen, si vielmehr auch den Aposteln, gejmet. Quamvis igitur non licet ex his concludere, errorem in fide subfuisse in alterutro Apostolorum, vel simultatem perpetuam: tamen, ut pietatis nostra non est, piorum hominum natos horribili flagello seculari, ita nec eorum vita, efficaci sermone notata, quasitus emollitionibus extenuare pareret, ut pulcre admonet HERM. WITSIVS Meletem, p. 66.

Si pinciat, an ne ei προσοῦ,
quod ille, Paulum inter ei
Barnabae exorsus Act. XV,
pariter ab interprete
bus hiobiam extenuatus
sit?

SECTIO IV.

INTERPRETES

τη ὑποθέσει δελυόντας ζητούσι
QUI EX STUDIO PARTIVM S. LITTERAS MALE EXPLICARVNT, VARIIS EXEMPLIS INDVCENS.

§. XXXI.

V Erisima sunt, qua doctissimus CAMP. VITRINGA in Prefat. Anacris. Apocal. scribit: Præcipuum vitium, quod ubique in oculorum diuinorum interpretationibus regnare video, committitur circa hypotheses, secundum quas eorundem expositio componenda est; sive interpretes judicium

siuum in illis eligendis feliciter administrent; siue iis non imprudenter electis, solide demonstrandis necessariam non adhibeant diligentiam. Quam probe haec cum experientia quotidiana convenient, exemplo Iudeorum, Muhammadanorum ac Christianorum luculenter patet.

§. XXXII.

Judai pro
adstruenda
hypothesi
detorquent
loca.

Gen. 1, 26.

LXX Interpp. Gen. XII, 10.
וְהַבָּא יְמִינֵי אֶחָד שְׁלֹשָׁה
καὶ εἰς τὸν ἄλλον περιέστησεν
καὶ εἰς τὸν ἄλλον περιέστησεν
το

Quod igitur ad IUDAEOS, notum est, unitatem Dei eos ita vrgere, ut e contrario mysterium trinitatis τῶν ὑποστάσεων in Deitate negent, licet hoc, vti in N. T. illustrissime patefactum, ita in V. T. fundatum sit. Inde malunt vim facro textui inferre, quam admittere faciosanctum illud mysterium; fruolisque interpretamentis loca V. T. quævnum verum Deum pluraliter de se loquentem inducunt, eneruant. E.gr. quando Moses Gen. I, 26. *Dixit Deus, scribit: faciamus hominem in imagine nostra, secundum similitudinem nostram;* id, ne Christiano dogmati fauere videatur, PSEUDO-IONATHAN in paraphrasi Chaldaica sic torquet: *Dixit Dominus angelis ministrantibus coram ipso, qui altero die maluerunt quæ per meta creationis mundi creati fuerant: faciamus hominem cet.* Eandem tibiam instant Ebreorum magistri in *Talkut Chadasch* f. 36. c. & in *Breschith Rabba* fol. 7. c. d. quorum verba in vernacularum sermonem versa exhibet IO. ANDR. EISENMAYER: in dem entdeckten Judenthum P. I. c. I. p. 31. seq. Nec dissentit ABR. B. EZRA in Comm. ad h. l. Apertius vero rem prodit SAL. ISAACIDES Comm. ad h. l. scribes: *Ex verbis, FACIAMVS HOMINEM, discimus humilitatem (modestiam) Dei sancti benedicti. Quandoquidem enim homo creatus est in similitudine angelorum, & bi eis (postmodum) inuiderunt, igitur deliberauit cum eis. — Quamvis autem non adiuuerint ipsum in creatione hominis, & heretici (Christiani) ansam hinc arripiāt dominandi, (insultando nobis, & colorandi dogmatis tui;) tamen scriptura ab hac plurali locutione non absinuit, docens modestiam & virtutem humilitatis, vt, qui maior est, facta deliberatione potestatem accipiat a minore. Vbi notamus,*

mus, verba illa modo allegata, לְרוֹזָה רַמְנִית שֶׁ קְוִדּוּשָׁה
et heretici ansam hinc arripiunt dominandi, quæ editio B V X-
TORFFII Basiliensis exhibet, a Berolinensibus contra Iudeis
in Pentatecho glossato, qui auspiciis summe rever. DAN.
ERN. TABLONSKI Berolini A. 1708. in forma octava maiori
editus est, omissa esse, probabiliter, ad amoliendam inuidiam.
Addit ISAACIDES: *Quid autem hereticis respondendum sit,*
וְתִשְׁבַּת הַמִּנְיָן (pro quo Berolinenses Iudei posuerunt,
responsum autem eius) scriptura statim addit: ET
CREAVIT, *inquiens, HOMINEM, non vero ET CREAVE-*
RVNT. Atqui hæc responsio non ferit nos Christianos, ut
qui Deum in personis quidem trinum, in effentia vero unum
esse, non minus quam Iudei profitemur. Et Iudaica contra
interpretatio non veritatis amorem, sed sectæ studium prodit.
Fingit enim Deum angelos allocutum esse, de quibus in crea-
tionis història altum est silentium; angelos item Deo in ho-
minis creatione, si non veluti socios (quod tamen pluralis fa-
ciamus, si angeli compellarentur, proprie significaret,) certe
vt consiliatores adiungit, immemor Esaiani illius c. XL, 14.
Cum quonam deliberauit Dominus? & quis instituit eum, do-
cuitque in via iuris? quis, inquam, docuit eum scientiam, &
viam intelligentiarum indicavit ei? & Ef. XLIV, 24. Ego sum
Dominus faciens omnia: tendens cœlos solus, expandens terram:
ex me ipso, sive, ut textualis lectio habet, כִּי אֱתָרֵי quis fuit
mecum, velut consiliator ac socius? Causam, ob quam Deus,
homines creaturus, angelos compellauerit, comminiscitur,
quid voluerit homines ad imaginem angelorum condere; cum
Ivtut suo modo concedi possit, hominem ad angelorum in-
star creatum esse, nempe quatenus hi quoque sanctitate &
sapientia imaginem Dei referunt,] tamen Moses hominem
nusquam ad instar angelorum, sed in ipsius Dei imagine factum
esse vbiique significet, v. g. Gen. I, 27. V, 1. c. IX, 6. Ac deni-
que figuramentum hoc Iudaicum corruit, cum idem ille Deus,
hominum creator, alibi scripturarum plurali numero esseretur;

forte et Veneta DAN.
BOMBERGII,

vt Iob. XXXV, 10. אַתָּה אֱלֹהִים שֵׁשׁ, ubinam est Deus factores (pro factōr) mei? it. Cohel. XII, 1. Memento [בָּרוּךְ] creatorum tuorum (i. e. creatoris tui) in iūuentute tua: quæ pluralis Dei creatoris appellatio manifeste ostendit, etiam verbum plurale faciamus, quo Deus in creatione hominis vsus est, non respicere angelos, quasi Deo coniunctos, sed ipsas, quæ in Deitate sunt, personas; ac adeo μυεντόν esse quam maxime, secus ac Iudaica nobis persuadere conatur perfidia. Et tamen alibi Iudei eandem recoquunt crambem. Nam

Gen. III, 22. quando Gen. III, 22. Deus dixisse scribitur: *Ecce homo fuit sicut unus ex nobis*, idem PSEUDO-IONATHAN compellatos a Deo fingit angelos ministrantes coram eo; & ABR. B. EZRA,
Gen. XI, 7. *Heic, inquit, Deus loquitur cum angelis.* Pariter Gen. XI, 7, ad verba illa Dei, *Age, descendamus, & confundamus ibi labium eorum*, SAL. ISAACIDES sic notat: *Cum senatu suo, seu domo iudicii, deliberauit, ob humilitatem eximiam.* A BEN EZRA VERO suum illud repetit: *Heic Deus loquitur cum angelis.*

§. XXXIII.

Exod. XXIII, Nouum specimen ex Exod. XXIII, 21. pete, vbi Deus ipse Israelius de Angelo suo, eis præmittendo, ita loquitur, vt facile appareat, hunc angelum non ex creatorum numero, sed diuinam personam, i. e. Dei filium esse; quod ex Rabbinis ipsis aliqui, veterioris ecclesiæ Iudaica sententiam ex Cabala declarantes, fatentur; vti in *Biblio Hebreis Halensisibus* ad h. l. fuit ostensum. *Nam cane tibi ab illo*, inquit Deus, & ausculta voce eius - - quoniam nomen meum in medio eius est. Hæc quia diuinam naturam indicant; & vero, si hoc admittetur, cum Christianis simul statuendum esset, loqui hic Deum de Deo; ac proin personam diuinam, quæ loquitur, aliam esse ab illa de qua loquitur; igitur SAL. BEN. MEIR in *Pentateucho glossato Berolinensi posteriora commata huius loci* sic peruerrit: *In nomine meo ille precepturus est vobis; at potestas condonandi prævaricationem, vestram, non est in manu eius.* Nempe vt locus hic Iudaicæ *erritiae* ne contrariari vide-

antiqua

deretur, interpres manifesta vi primo neglexit scopum penulti-
mi commatis, qui est, magnitudinem potestatemque huius
angeli non extenuare, sed efferre atque extollere: deinde
posteriora duo commata temere ex situ suo & ordine dimo-
vit, faciens ex *ιερῷ ἀρχέτυπῳ*, & vice versa: tum vero studiose
confudit phrasim, hanc sublimissimi sensus, *Nomen meum*
(בקרכו) in interioribus eius est, cum illa longe diuersissima,
in nomine meo ille p̄cepturus est vobis. Quod certe non se-
cisset, si animum docilem & a partium iudaicarum studio alie-
num attulisset.

§. XXXIV.

Porro notum est, recentiores Iudeos multa tum prophetarum tum psalmorum loca, quæ, ipsis maioribus eorum a testantibus, de Christo agunt, in aliud torquere sensum; non alia de causa, quam quod premi illis se sentiunt, si quidem ea de Christo dicta esse, cum veteribus concederent. Cuius rei exemplum suppetit in Psalm. II. qui licet in Talmude Psalm. II. ipso, in Breschith Rabba, in Ialkut, in Medrasch Tillim, de Christo explicetur; & A.BEN EZRA vltro fateatur, si de Messia accipiatur Psalmus, omnia multa esse clavigera: tamquam SAL. 2.

קְרִיבָן קַדְשָׁו שְׂלָא, p^tomissio de
לְתֹשֶׁבֶת הַמִּנְיָנִים נְסָעָה עַל
לְT. spectans, ei analo-
ga, quia *vetus oeconomicus*
pari modo abolutur ley.
בְּנֵיטָה הַתְּהִלָּה נָמֵת III, 16.
הַלְּאֵלֶּא אֲמְרוּ וְדֹע אַוְן נְגַת.
הַלְּאֵלֶּא יַעֲלֵה עַל כֵּב אַלְאָן
זִיכְרוּ כֵּן וְלֹא יִפְקֹדוּ וְלֹא
בְּנֵיטָה הַתְּהִלָּה נָמֵת
הַלְּאֵלֶּא יַעֲלֵה עַל כֵּב אַלְאָן
לְT. spectans, ei analo-
ga, quia *vetus oeconomicus*
pari modo abolutur ley.
קְרִיבָן קַדְשָׁו שְׂלָא, p^tomissio de
לְתֹשֶׁבֶת הַמִּנְיָנִים נְסָעָה עַל
לְT. spectans, ei analo-
ga, quia *vetus oeconomicus*
pari modo abolutur ley.

על אחריתו, ויש מפורש בעיר לשון שנה נטו ויהי צדק, ikemg R. Saad.

קָשֵׁס דְּבָרִים קַדְשָׁן רַבְּשׁ לְאָבָהוֹת
גַּעֲלָה אֶת שָׁלָא בְּרוּשָׁת שְׁלָה עַל שָׁאָבָהוֹת רַוְטָלָם שְׁלָה

ioribus suis, etiam verum dicentibus, quibuscum alias errare malunt, quam cum aliis veritatem amplecti; in diuersum scientes ac volentes trahit, scil. si in eorum interpretationibus aliquid, quo Christianae fidei dogmata stabiliantur, occurrat. Cuiusmodi illud est, Messiam ab antiquis talem exspectatum, qui filius Ier. XXIII, 6. esset Dei viventis. Similiter ad Ier. XXIII, 6. cum negari non posset, locum de Messia agere; tamen, vt ne Christianis concederent, Messiam esse tebouam exercitum, clara & perspicua verba violentissime torserunt ISAACVS ABABANEL & SAADIAS GAON; ille quidem, quasi sensus esset: & hoc (germen iustum v. 5.) erit nomen eius, quo vocabit eum Dominus Deus exercitum, qui est iustitia nostra; hic vero: & hoc erit nomen eius, quo vocabit eum Dominus, nempe iustitia nostra. Vtiusque ῥεγμανιαν castigauit Vener. PRAESES in Disert. supra laudata §. 7. T.

§. XXXV.

Quem antea §. XXXII. in Iudeis refutauimus errorem, quod ex falsa hypothesi unitatem in Deo vehementer vrgeant, impugnata τῶν ὑποτάσσεων trinitate; idem error in M V H A M M E D I S T A R V M scriptis vnde conspicuus est. Videatur ADR. RELANDI elegantissima Exercitatio de Symbolo Mohammedico publico, quam sub praesidio Herm. Witsti Ultraiecti A. 1696. habuit. Hic igitur error in causa est, cur Filii Dei nomenclatur & generationem diuinam tantopere horreant, semperque illud suis, ceu dogma perpetuum & immutabile, inculcent: *Deum nec gignere, nec gigni.* Cum vero mysterium hoc tum in toto Codice sacro, (quem tamen venerari se profitentur Muhammadani) tum Psal. II, 7. clarissime fundarum sit, agedum experiamur, quo modo illi nodum hunc soluant. Nempe negare non audent, locum illum Ps. II. de Christo agere; sed male eum a Christianis legi & explicari adferunt. Nam ALFIRVZABADIVS, auctor celebris Lexici arabici *Kamus*, de controverso illo loco sic habet: *Dictum Dei omnipotentis ad Iesum, (cui propitius fit & pacem concedat Deus,) tu es NABIA, (id est, propheta meus,) ego WALLADTOKA, (id est,*

natur-

Conf. porro Versionem
Sacri Codicis *Monico-*
Germanicanus ijs Muhamme-
locis, ubi nobis dani sue hy-
pothecos cum Trinitate con- præsidium
troueris in gl. collocant
in Ps. II, 7.

nutriui te.) At Christiani dixerunt: tu es BONITA, (id est, filius meus,) ego WALADOKA, (id est, genui te.) Verum longe supra haec est Deus. Alius Arabs, EBNOL ATHIR, eiusdem criminis, (nempe corruptionis sacri textus) Christianos postulat. Cuius verba haec sunt: In Evangelio dixit Deus ad Iesum: Ego Walladoka, i.e. educavi te: ac Christiani, demita littera altera Lam, ipsum erus filium statuerunt, qui longe elatus est supra ea, que dicunt. Vide EDWARD. POCOKIUM in Not. miscell. ad Port. Mosis p. 317. seq. Causam pravae & adfectatae huius explicationis duplē annotauit IO. FRISCHMUTHVS in Dissert. de reverentia Messia, filio Dei prestanta cap. II. §. IV. Prima est, inquit, ne, si Christo tam honorificum nomen filii Dei in Scriptura competitor, illorum Pseudo-propheta Mohammed, quem per excellentiam & antonomasiam PROPHETAM appellant, eo inferior esse videtur. Altera causa est, quod hanc notationem Christo competere non posse sibi persuadent, nisi plures Deos statuere velimus; quod filii generatione Deos multiplicari videatur. Atque hinc factum videtur, vt Christiani, quod Dei filium Christum esse docent, Mohammedi & sectatoribus eius, pariter ac Ethnici, qui multos Deos credunt, associatores appellantur; quia (vt ipsi perperam existimant) Deo socium adiungant.

§. XXXVI.

Ad CHRISTIANOS quod atinet, dici vix potest, quam Inter Christi late vitium receptę hypotheseos inter illos dominetur. Sint Christianos nobis exempli loco primum Pontificis, quos partium studium in oraculis diuinis interpretandis ita tenet, vt eo non possint studium pars se liberare, quoque Concilii Tridentini decretis cœca tium ex rece. obediencia obstrictos se habent. Illud enim Sess. IV. Decr. III. est quam ma- decreuit, vt nemo sue prudentie innexus, (hanc φιλαντιαν ac anti- xime prium. mi elationem nos quoque Protestantes detestamur; sed eam patres Tridentini perperam his tribuunt, qui Scripturam s. non ex Conciliis, sed ex Scriptura ipsa, adhibitis mediis ab hermeneutica saniore prescriptis, explicant.) in rebus fidei & morum, ad adificationem doctrinae Christianae pertinentium, s. F. Scriptu-

Scripturam ad suos sensus contorqueat, aut contra eum sensum, quem tenuit S. mater ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu & interpretatione s. Scripturarum, aut etiam contra unanimem consensum Patrum, ipsam Scripturam interpretari audeat. Ad quae verba Vener. D. PAVLVS ANTONIVS in sua Concilii Tridentini doctrina p. 24. recte haec subnotauit: Sed exempli causa audiamus sensum, quem tenet Concil. Trid. de quibusdam Scripturarum locis, contra quem nemo ipsam Scripturam s. interpretari audeat. Sess. V. §. 5. hanc concupiscentiam, quam aliquando Apostolus peccatum appellat, S. synodus declarat, ecclesiam catholicam nunquam intellectissime peccatum appellari, quod vere & proprie in renatis peccatum sit; sed quia ex peccato est, & ad peccatum inclinat. Si quis autem contrarium senserit anathema sit, cetera. Plura huiusmodi exempla a Vener. Theologo illic adiecta sunt, quae apud ipsum legi, & considerari omnino merentur: vnde recensendis illis non immorabitur. Adde eundem loc. cit. p. 32. 36. 50. Sic, qui in doctrina de S. cena, non obstante, quod Christus ipse venerabilis hoc sacramentum in panis & vini speciebus instituit, & Apostolis tradidit, tamen cum Tridentinis Sess. XXI. c. l. negant, utriusque speciei vnum iure diuino necessarium esse, potestne presumi, eos in verbis institutionis explanandis candide versaturos, atque in primis mandatum illud Christi: bibite ex eo (calice) omnes, cum expresso signo vniuersitatis, digne inculcaturos esse? Atqui manum de tabula, inquiet illi, ne nos anathematis patrum Tridentinorum & Papale fulmen feriat. Et sic fit, vt doctores alias fatis perspicaces, veritatem ex sacris litteris clarissime adfulgentem, tamen in gratiam Pontificis & Synodi Tridentinæ suppressimant; & presumunt e contrario dogmata, licet nullis conspicua vestigiis, in Scripturis sibi cernere videantur. Quorsum pertinet, quod loca Scripturarum, a nostrisibus dudum vindicata, non verentur de nouo pro armis sumere. Ita locum Matth. XVI, 18. de Petro & Papa R; locum de subterraneis Phil. II, 10. de animabus in purgatorio; oraculum pluri. Potius vetendum est, ne ista loca varijs distinctionis ille eruerint, ut Mal. cum superstitione ignoram, varijs sed inanib; praeteritio pallient, non pugnare videantur.

Sic, qui B. virginem Ma-
rianam vel Sanctas Superstitiones
suo cultu prosequuntur
hi vix sintere explicabuntur
luca 8. S. de Deo solo ad
orando, ei in his primaria
principiis Decalogi praece-
pserunt. Potius vetendum est, ne ista loca varijs distinctionis ille eruerint, ut Mal.
cum superstitione ignoram, varijs sed inanib; praeteritio pallient, non pugnare videantur.

Mal. III, 4. de missæ sacrificio, lingua semper eadem explicant; & vbi cunque locorum mentio Ecclesiae, ignis, ac olei, in Scriptura sacra occurrit, protinus conclamant, & tanquam de reper-
to ingenti thesauro ouant, Pontificis auctoritatem summam,
purgatorium cum sacramento extreme unctionis, satis iam pro-
bari existimantes. Et quanquam millies ob hunc abusum re-
futati sunt; oberrare tamen malunt eodem semper errore,
quoniam presidium vniuersae causæ, et si male, in his reposi-
tum vident. Non igitur fallimur, quando studium partium
Pontificiis ita proprium esse contendimus, ut ab illis diuelli
nequeat. Nam & AVGUST. CALMETVS, Monachus Bene-
dictinus in Gallia, qui in Scriptura sacræ interpretibus magnum
cæteroqui nomen est consecutus, primam regulam herme-
neuticam hanc sibi constituit: Inherendum esse sensui, quem
ecclesia Scripture dederit, speciatim in iis, que ad fidem spé-
clant. Quod quam sit absonum, luculententer ostendit Vener.
BVDEVS in Presat. Institutionibus Hermeneutice s. Vener. no-
stri RAMBACHII præmissa. Aliud vero esse, quod exegetæ no-
stri præcipiunt, explicationem Scripturæ sacræ fieri debere
secundum analogiam fidei, id supra iam ostendimus Sect. I.
§. IO. Vide et alia Huius modi exempla quæd Rambachium in Exercitatu Hermen. p. 102. *

S. XXXVII.

Pontificios excipiant sic dicti FANATICI: inter quos
cum Theologi locum tribuant PETRO POIRET, ostendemus
& huius viri exemplo, quam inique oracula diuina suæ inser-
vire coegerit hypothesi. Etenim pro afferendo falso princí-
pio, quod arcte tenet, Christum puta habuisse tentationes & in-
clinationes corruptæ nature plures, quam omnes ceteri homines,
easque longe violentissimas, non erubescit Oeconom. Tom. II.
L. IV. c. 2, p. 56. illa loca pertrahere, vbi Christus dicitur, car-
nem carni peccati similem assumisse, ac maledictio factus pro nobis
esse, & peccata in corpore suo tulisse, Rom. IIIX, 3. II Cor. V, 21.
Gal. III, 13. Quod sane si non est Scripturam torqueare, equi-
dem quid hoc sit, fateor me ignorare. Eadem temeritate
verba Pauli Hebr. II, 14. ut per mortem destrueret eum, qui ha-
bebat

F 2

Ex Fanaticis Petrus
Poiret per-
vertit ex hy-
pothesibus
luis loca
Scripturæ

Rom. IIIX, 3;
II Cor. V, 21;
Gal. III, 13.

Hebr. II, 14.

bebat mortis imperium, ita detorquet, vt mortem Christi de mortificatione inclinationum inherentis corruptionis; in Hebr. IV, 15, verbis vero cap. IV. ad Hebr. v. 15. non habemus pontificem,

qui non possit compari infirmitatibus nostris, sacerdotium & expiationem peccatorum populi, itidem de immolatione, per eandem mortificationem in ipso facta, & in ipsius membris perficienda, interpretetur. l.c. p. 57. Nec minori audacia sensum oraculi insignis de agone & sudore Christi cruento in

Matth. xxvi, monte olearum Matth. XXVI, 42. falsa sua interpretatione

42.

mirum in modum deprauat, quandoquidem hoc, vt scenæ suæ inseruat, ita exponit: *Christus contra voluntatem carnis ita fortiter pugnauit, vt sanguinem pariter ac aquam sudauerit.* Quo quid salvatore optimo eiusque agone indignus dici possit, vix inuenias. Conf. ven. D. IOACH. LANGII Dodec. I. Disserit. Anti-Poirer. XI. Sed corruptelarum non est finis.

Cap. enim III. Oecon. L. IV. §. 14. p. 88. seqq. dicto classico Hebr. X, 19. pro adſtruenda noua hypothesi fatis proterce abutitur. Totus videlicet est in extenuandis summis Christi perpetrationibus, omnemque illarum scopum & esse.

Etum in eo ponit, quod *Christus nobis spiritum suum donet, vt etiam nos hōes nostros intra nos deūincamus.* Quem in finem verba cit. loci: *habentes fiduciam ad introitum sanctorum per sanguinem Christi, ita peruerit: introeamus in puritatem divinam per ingressum in patientem spiritum eius, cuius virtute perpetrationibus eius conformemur.* Neque illa interpretatio hypotyposi doctrinæ euangelica consentanea est, qua locum, Ioh.

I, 7. *sanguis Iesu Christi, filii Dei, mundat nos ab omni peccato*, cum indignissima oraculi huius detorsione, sensu eius euangelico prorsus negato, de pugna ad sanguinem usque aduersus peccata intelligi vult, hoc epiphonemate subiuncto: *ita denum, neque aliter per sanguinem I.C. a peccatis purificari sumus. Et quando altare holocaustorum (verba sequimur ven. D. IOACH. LANGII in Dodec. I. Disserit. V. p. 34.) quod Christum eiusque crucem precipite adumbravit, (vide I Petr. II. v. 24. Hebr. XIII, 10. seqq.) de propenso hominis libero ac firmo affectus suos occidendi inter-*

interpretatur, quid hoc est aliud, quam in ὑποθέσει διλέγειν? hypothesi nimirum perperam adoptata, non Christum, sed Christianos antitypi loco in oblatis sub V. T. viētimis esse ponendos, neque actum sacrificalem cum omnibus suis ritibus ad expiationem, & quæ hac nititur, iustificationem esse referendum.

Oecon. L. III. c. XVI. §. 15. 16.

§. XXXVIII.

Sic qui fanaticis adfines, cum ORIGENE hanc adsumunt hypothesin, fore, ut damnati omnes, ipsique diaboli restitutio, tandem saluentur, ac adeo ἀποκατάστασις (quam vocant) τῶν νεμ rerum omnium & τῶν fiat; hanc opinionem suam, quam non Scripturæ lumen, diabolorum sed nimia erga rationem sibi reliqtam, & phantasiā extra limits vagantem, indulgentia illis insinuasse videtur, quod ad demotionem ipsos terminos attinet, sibi visi sunt in his reperiisse verbis vrgentes ex Act. III. 21. *Quem (Iesum Christum) oporteret calum capere usque ad tempora ἀποκατάστασεως τάχιτων, ἐν ἡλάνσει οὐ θέες διὰ σόματος τάχιτων ἀγίων αὐτὲς ταξιδιώτων ἀπ' αἰῶνος* Atqui primo, vox ἀποκατάστασις aptius forte hoc loco exponetur πλήρασις impletio, τελέσις consummatio vel exhibitio, quam restitutio. Deinde vero, siquidem vel maxime restitutionis notio videretur præferenda, tamen Apostolus I. c. loquitur de restitutione omnium non simpliciter, sed eorum tantum, que locutus est Deus per os omnium sanctorum prophetarum a seculo; hoc est, de restitutione & exhibitione omnium eorum bonorum, quæ Deus saluandis hominibus per Christum promiserat; & tali quidem restitutione, qua in regno gratiae in his terris ante redditum Domini nostri Iesu Christi fieri, saltem per aduentum Christi gloriosum consummari debeat. Vid. vener. 10. LVD. LINDHAMMERE Erklärung der Apostel Geschichte, &c celeb. IO. CHRISTOPH. WOLFI curas philol. & critic. ad h. l. quorum ille simul ostendit, relativum illud ἐν ἡλάνσει, que locutus est, non ad remotius χρόνων tempora, sed ad proxime antecedens πάτρων omnium, pertinere. Sic iidem Origenianus hypotheseos suæ argumentum quæsuerunt Ps. LXXVII, 8. PG. LXXVII, Ioanne Baptista Numquid in secula reuiciet Dominus, nec addet proprius esse am-

F 3

plius:

Conf. Matth. XVII. II. Ηλίας περ ἔχεται πρόσωπον, οὐδὲ παντας γένεται πάτερ. Et in ἀποκατάστασις πατέρα. Ior. Origeniano sensu ab aliis neg. facta, neg. trax, dila. et.

1 Tim, II, 4. *plius? an deficit in perpetuum benignitas eius, cetera; & 1 Tim.II, 4. Qui (Deus) omnes homines vult saluari, & ad agnitionem veritatis venire.* Quos vero n. LUTHERVS neruoso confutauit in Epistola vernaculo sermone an Hansen von Rechenberg scripta, cuius apographum exhibetur in fortgesetzter Sammlung von alten und neuen Theologischen Sachen, Ao. 1728. p.1017. seqq. Aber hyrauff zu antworten, (ita inter alia scribit) muß man unser Düncken und Gottes Warheit gar weyt sundern, und yhe darob halten, daß wir Gott nicht lügen strafen. Et deinde: daß sie aber aus den Psalmen anziehen, Gott werde seinen Zorn nicht ewiglich, wie darneben erzehlt ist, schleust nicht. Denn der ganze Psalm redet von ygleichen Leyden der Heylligen auf Erden, wie das die volgende und vorgeende Wortt und alle Umstende weyßen. Denn die so ym Leyden sind, dünkt ymer, Gott hab yhr vergessen, und wolle ewiglich fürnen. Und dec Spruch S. Pauli, Gott will, daß alle Menschen selig werden, dringt nicht weyter, denn wie füther steht, daß Gott will, wir sollen bitten für alle Stände, yedermann leren und predigen die Warheit, daß wir sollen yedermann hilflich seyn, leyplich und geystlich. Weil er nun solichs uns befihlet, und von uns gehan haben will, spricht S. Paulus recht, es sey Gottis Will. Aber daraus folget nicht, daß er alle Menschen selig mache.

§. XXXIX.

Balthasar Bekkerus
pesimus artifex in eludendis oracula, sive sententiae contrarianis v. c.

Fanaticis iungamus BALTHASAREM BEKKERVM, Theologum Amstelodamensem, in peruentis oracula diuinis pro confirmanda profanissima hypothesi, si quisquam alius, pesimum artificem. *Hec vero eius sententia est,* inquit ZACH. GRAPIVS in fascicul. controvers. theolog. exot. loc. 6. de Angelis, errore 8, dari quidem angelos homines malosue; virrum que de ipsorum potentia ac operatione hac tamen in scholis fuerit tradita, hac emnia putar exgenitismo ad Pontificios, & ab his ad alios esse derivata. Hinc non absconum esse putat, sed dixerit, unum tantum esse diabolum, qui angelis malis quasi ministris vitatur, cum quibus tamen gebenne inclusus a Deo

Deo, nec adfuit huic mundo, nec nocere, nec operari omnino possit.
Propterea nec spectra credit, nec obfessionem corporalem, nec pa-
ela cum diabolo, nec alias angelorum vel honorum vel malorum
operations. Hanc eius fulfie mentem, neque aliam, quem-
libet libri, cui Mundi fascinari titulum fecit, inspectio docebit.
Nequid tamen ille ἄτερ γε φῶς in rebus theologicis dicere
videatur; en citat tibi, vel potius corruptit illa Scripturæ
dicta, quæ de Diabolo, eiusque operationibus agunt. Ex in-
finito isto testimoniorum & exemplorum numero pauca que-
dam feligemus, ut simul ostendamus, quam adfectatus sit in
iis eludendis conatus. Locum I Petr. V, 8. *Sobrii estote, & vigi-* 1 Petr. V, 8.
late: nam aduersarius vester, Diabolus, tamquam leo rugiens ob-
ambulat u. r. λ. neque de malitia, neque de corruptione
hominis, sed de persona aliqua loqui, BEKKERVS equidem
concedit; at negat & pernegat, sermonem esse de malo spiri-
tu, siue diabolo, quin potius de malis hominibus christianisnum
nostrum blasphemantibus. Sic enim scribit Mund. fascin. L II.
c. 17. §. 4. p. 105. *refellite diabolo, b. e. calumniatori & oblocuto-*
ri, & sic fugiet a vobis Iac. VI, 7. - Eodem sensu aduersarius
a nobis intelligendus; quem Petrus diabolum appellat I Petr. V, 8.
vipore qui genus quoddam hominum designat, conuersationem no-
stram in Christo blasphemantium. Hi homines pudore suffundendi
sunt, bone conscientiae custodia, quemadmodum nos antea edo-
cuit I Petr. III, 16. Diabolus obambulat sicut leo rugiens, sic &
bene multi ante oculos nobis versantur, qui nos eodem modo de-
vorarent, si ex suo arbitrio agere liceret. At illis occurramus
consilio Perri: sobrii estote, & vigilate. Talis leo rugiens erat
Nero, respectu Pauli, qui cum hanc ob rem ita nuncupauit
II Tim. IV, 17. Omnia haec, quantumcumque speciosa sint, ta-
men absone non minus, quam impie dici pro confirmanda
hypothesi falsissima, probat peculiari Dissert. addito elenco
Anti-Bekkeriano, IV STVS WESSELVS RVMPAEVS, Theo-
logus Gryphiswaldensis, utrum detur aliqua diaboli in hoc mun-
do operatio? §. 5. p. 16. Sic friuola quoque est interpre-
tatio.

Luc. XIII, 16. ratio illius effati Seruatoris **Luc. XIII, 16.** Hanc autem filiam
Abrahami, quam ligauit Satanus, ecce! decem & octo annos,
nonne oportuit solni ab hoc vinculo die Sabbathi? quando L.
II. cap. 27. §. 6. pag. 181. de muliere hac a diabolo vincita
ita scribit: *immo quod maius est, videtur morbus ipse* (in quem
ex hypothesi obfessionem corporalem ac dæmoniacam resol-
vit,) *nomine spiritus* (maligni) *in Scripturis venire, quoniam de*
muliere, octodecim annos egrotante, eodem modo pronuntiatur,
spiritum infirmitatis eam habuisse. Pari circulo petitionis
principii vertuntur, qua cap. 28. p. 188. seqq. differit, proba-
turus, Dæmonum electionem de morbi curatione accipien-
dam esse. Lepide prorsus, & coadiuvante: quia, quod de Spi-
ritibus illis, a Christo electis, pariter prædicatur, *clamanisse*
eos, orasse, obtestatos esse, non potest contra violentiam, nisi de
substantia intelligente dici. Quoniam vero omnia haec tenus
prolata absurditate sua insigni ipsa se destruant, non est, ut
diutius illis immoremur. Consule, si placet, Ven. BV DDEI
Instit. Dogmat. p. 393. vbi & falsas aliorum dictorum interpre-
tationes solide refutatas videbis.

S. XL.

Io. Piscator De **io. PISCATORE**, celebri inter Reformatos inter-
preti, ceteraque laudibus præmeritis non defraudando, ob-
Conf. Walther tor in gratia amadoptare teruat AVG. PFEIFFERVS in Critica s. p. 340. eum in versio-
in Offic. E. 518. opinionis ne sua multa ad suas hypothesēs accommodauisse. Cuius rei
frigide ex- euidens exemplum est, quum verba illa Eph. III, 11. κατὰ τέρ-
planat v. c. θεον τὸν αἰώνιον, ἣν ἐποίησεν ὁ Χριστός ἡντες τῷ Κυρίῳ μαρτύρων, quae sim-
Eph. III, 11. plissimme explicantur, secundum decretum fæculorum, quod fecit in Christo Iesu Domino nostro, ipse contra sic vortit: nach
dem ewigen Fürsatz, welchen er vollzogen hat durch Jesum
Christum unsern Herrn: quasi vero Christus non fundamen-
tum, sed tantum executor illius decreti diuini de saluandis ho-
II Petr. II, 1. minibus extitisset. Sic & locum illum II Petr. II, 1. abnegan-
tes Dominum τὸν ἀγαπάταρα ἄντρα, qui emisit, seu redemit ipsos,
pro suarum partium hypothesi ita explicituit, ut satis adpar-
eat, præconceptam opinionem in causa fuisse, ut simplici
ver-

verborum sensu spredo, hoc satis frigidum scriberet interpre-
tamentum: Referendum est, inquit, partim ad fidem ipsorum
temporariam, partim ad ipsorum professionem, partim denique
ad iudicium charitatis in fratribus. Etenim quandiu quis fecerit
dem christianam amplectitur ac profiteretur, tamdiu statuatur
opertus, illum a Christo esse redemptum. Pari ratione illustre
oraculum 1 Tim. II, 4. Deus vult OMNES homines saluari, et
anxie quæsta distinctione ita obscurauit, ut per OMNES ho-
mines, cuiuscunque ordinis homines, ac proinde etiam aliquos ex
regibus aliisque magistratibus, intelligendos esse afflueret; sicut
& verba commatis 6. qui (Christus) dedit semet ipsum redem-
ptionis premium pro quibusvis, eodem modo explicare admisus
est, pro cuiusvis hominum ordinis electis. Eidem hypothesi de
particulari gratia Dei auxiliares manus porrigit GEORG. PA-
SOR, dum in utilissimo alias Lexico Greco-Lat. N. T. sub no-
mine κόσμος, ad dictum illud Ioh. III, 16. οὐ τοις ἡγάπησον οὐ θεοῖς
τοις κόσμον, monet, MUNDVM dicit electo homines; cum sub-
iuncta hac declaratione: Confer hoc dictum cum Ioann. XII, 32.
ubi per πάντας intelliguntur, qui hoc in loco per κόσμον; item
confer Iohann. III, 17. οὐ σωθῆν ο κόσμος δι ἀυτῶν. Atqui soli electi
seruantur: nec Deus scopo suo unquam frustrari potest. Affe-
ctum nempe pro dogmate illo, quod cum suis profitebatur,
haud dubie præualere fuit. Vnde Ven. RAMBACHIVS Her-
meneut. L. I. c. III. §. IX. cum cauere iussisset, ne sensum in
verba Scriptura inferamus, sed potius feliciter inde effera-
mus, porro subiungit: Ita qui hypothesis de Christo, pro solis
electis datus, ad locum Iohann. III, 16. adferunt, coguntur MUN-
DI vocabulum ita interpretari, ut per Synecdochen totius pro
parte, nobisorem mundi portionem, hoc est, electos significet.
Idemque I. c. §. 15. recte pro adulterino sensu habet, quando
verbis 2 Tim. III, 2. οὐ γε πάντων η πίστις, hic sensus affingi-
tur, fidem beatificam esse donum, quod Deus non omnibus
hominibus largiri decreuerit. Iste enim sensus, inquit, Paulo,

Sir. Pylor. fer. N. T. cum re
f. 5. 12. te 1158, est do
cumentum in Pele. est iudicium
caritatis, quod per se est
veritatis. addit: Sic et
Tim. II, 4. fol. 2. 1. 10. &
Leges atrae sunt
tertio regno. scil. quas pro
caliby habemus ex iustici-
e caritatis. Quae quia huius
Georg. Pa-
for in Lexico
politis in deinceps
feliciter liquet.
Ioh. III, 16.

G (qui)
Germanicam euileguit, uti Socinianus fecit, sic in vetendo N. T. Socinianus alii
quando. Vid. Georg. Henr. Götzij leg. Theoc. de versione N. T. Ier. Felbin.
geri, Lubec. 1706. f. Quo maiorem sinceritatis laudem meretur Ulphilas primus
Gothorum episcopus, si vera sunt quae Augustinus Calmetus in prefal. Comm.
lit. ad V. et N. T. (Vid. Acta Eccl. 1713. p. 203.) refert, in eig
versione nulla Ariani erroris, quo tu ipse infectus fuisti, vestigia inueniri.

Porro Ier. Felbin.
der, qui A. 1660. Am
peliorans nouam Novis

(qui longe aliud docet. Act. XVII, 31. I Tim. II, 4.) nunquam
in mentem venire potuit.

§. XLI.

Lutherus. Quid vero, inquiet quispiam, si LVTHERVUS ipse, si
humani quid item hi, qui doctrinam, Lutheri beneficio reformatam, profi-
passus circa tentur, studii partium in diuinis oraculis interpretandis fue-
rint rei? Omnino, vt ceteros Ecclesie nostræ interpretes
nunc taceamus, LVTHERVVM maximi æstimamus, tanquam
egregium Scripturæ sacre interpretem, & instauratorem euangeli-
cicas veritatis diuinitus exicitum ac solertissimum: longe-
que absumus a quorundam proterua, qui tantum abest vt be-
neficium reformationis euangelicæ, per eum peractæ, digne-
æstiment, vt potius pro vilissimo quasi homuncione habeant.
Et tamen hominem eum fuisse, cui humani quid accidere po-
tuerit, nequicquam abnuimus; sicut nec impeccabilem eum
fuisse, quisquam dixerit. Erat certe, si summa rerum spe-
cificæ, nisi illa explicaretur, se. Etetur, interpres candidissimus, sensumque Spiritus sancti
eum ipse pugnans, & sibi, & illi, indagator sincerissimus, cui veritate nihil prius & antiquius
qui in patriarchali historia in- erat: accidere tamen nihilominus potuit, vt, quanquam bo-
næ fidei, admireret aliquid, quod a studio partium videretur
profectum esse. Ita non diffitemur, illum ex hypocrate mi-
nus recte constituta, quasi Elihu, amicorum lobi quartus,
homo arrogans & prioribus non solum non melior, sed & de-
terior fuerit, verba quedam eius, innocentissimum sensum
fundentia, in alium inuidiose deflexisse, e. gr. Iobi XXXII, 6.
verba illa, timui indicare **VII** sententiam meam vobis, vertit,
meine Kunst an euch zu beweisen: quæ oratio secundum fon-
tes modestiam spirat, at secundum versionem vernaculaam fa-
stuosi oratoris est. Item v. 10. & 17. indicabo sententiam meam
& ego, ich will meine Kunst auch sehen lassen. Addatur glossa
marginalis B. viri ad v. 18-20, qua Elihuum describit velut ho-
minem, cui fastus ilia rumpat, præter meritum, vi ostendit
Vener. D. IO. HENR. MICHAELIS in Annot. Vber. ad v. 2, 6. 10. 17.
Pariter cap. XXXIV, 35. 36. dura fatis & inhumana verba
Elihuo.

Elihu tribuit in versione germanica: aber Hiob redet mit Unverstand, und seine Worte sind nicht flug. Mein Vater, laß Hiob verfucht werden bis ans Ende, darum daß er sich zu unrechten Leuten fehret etc. In quibus videtur Elihuus pessima quæque Iobo imprecari, eumque plane reicere, vt qui dignus non sit, qui amplius admoneatur, vt ad frugem redeat. Sed mitius fluit fons Ebræus, qui ita loquitur: *Iobus non scire loquitur, & verba eius non sunt cum intelligentia*, (i. e. incaute prolati:) *Pater meus* (i. e. omnes senes, qui ratione ætatis & experientiae patres mei esse possunt, scil. dicent mihi:) *explorabitur Iobus in perpetuum super responsionibus* (sermonibus) *cum viris iniquitatis*. Conf. ABR. WOLFFII, Theol. Regiomont. Dissert. de *Elihu amicorum Iobi optimo §. 9.* Sic quoque inficias haud Et circa epis. ibimus, eundem Lutherum, velut euangelicam veritatem de. stolam Iacob. fensurum, in prima germanica versionis editione *Iacobi* epis. bi. stolam pro supposititia, & quæ duriuscula eius vox est, pro *framinea* habuisse, quasi contrariam ei de hominis iustificatione doctrine, quam Paulus Rom. III, & IV. tueretur, & fauen- tem contra Pontificiorum placitis. Quod tamen iudicium B. viri mitigari valde & excusari potest, si reputetur veterum quoque quorundam circa huius epistolæ scriptorem hæsita- tio vel disensio, & quod ipse ea de re mentem suam postea mutauit, omisis durioribus illis verbis in editionibus sequen- tibus. Videbis Ven. d. IO. HENR. MICHAELIS introduct. in *s. Iacobi epistolam §. 4. &c.*

§. XLII.

Interim B. LUTHERVS studii partium iniuste nonnum- Contra vero quam accusatur, v. c. quod Rom. III, 28. verbis Apostoli ex- Lutherus sus- clusiuam allein addiderit: So halten wir es nun, daß der dii pars Mensch gerecht werde, ohne des Gesetzes Werke, allein durch tium iniuste den Glauben. Atqui hanc exclusiuam, allein, inquit Pontificii & Socinizantes, LUTHERVS de suo intrusit, vt suæ de postulatur circa locum Rom. III, 28. hominis iustificatione hypothesi faueret, adeoque textum non satis transtulit candide. Ast exclusiuam, quamvis in authen-

G 2 tico *Lutherum in additione huius particularia excul-*
Siue bona fide egisse, vel hinc liquet, quod alibi quoq. extra argumentum de iusti- ficatione, eundem addidit, ut Deal. XXII, 3. יְהוָה בָּרוּךְ הוּא גָּבֵל עַמּוֹם Gott ultim. bis ffar. q. d. Soli Deo gloria. cf. 10. S. Darmstadii 111. theolog. apologetica pro hac cœmilia ab Lutheri versione, No falsus. Röm. III, 28. Argent. 1660.

tico textu formaliter non expressam, tamen virtualiter, ut loqui solemus, verbis istis πίστει δικαιοδοσίᾳ χριστιανοὶ ἔγινον contineri, alii quoque interpres, in controverbia illa, Lutherum inter & Pontificios agitata, nullam habentes partem, agnouerunt: ut metaphrastes Arabs N. T. quem THOM. ERGENIUS Leidae 1616. excudi fecit, qui ita reddidit: *quod homo TANTVM iustificetur fide, non vero operibus.* Quin & (quod GEORG. CHRIST. BVRKLINVS in Praefat. ad Comment. MERCERI nos docuit,) in ipsius Italicae N. T. versionis, quae Pinerolii 1576. separatis prodiit, summaris ad l. c. legitur: *per la solo fede.* Sic & Syriaca versio Rom. IV. 5. verba, τῷ δὲ μὴ ἐγαύωντας, πιστεύοντας οὐ τ. λ. pariter cum inserta exclusiva particula recte veritatem ei vero, qui non operatur, sed credit SOLVM; Arabs vero, quem modo laudauimus, emphaticē prorsus, ei vero, qui non operatur, sed TANTVMmodo SOLVM credit, duplīci superaddita exclusiva, quasi non sufficiens una. Denique idem Arabs Gal. III, II, ὁ δικαιος εὐ απέστειλεν, veritatem, iustus TANTVMmodo vinet per fidem. Igitur qui hac in re culpant LUTHERVM, videant potius, ne culpa ipso redarguat, utpote non ferentes innocuum particulam exclusiam, quæ tamen a sensu requiritur, prout ipse beatus Vir in germanica epistola vom Döllmetzhen, quæ b. WOLFGANG. FRANZII libro de interpretatione subiuncta est pag. 963. euicit. Hoc enim si valeret, Christus ipse, aut saltem Matthæus, studii partium esset accusandus, qui locum Deuter. VI, 13. cum LXX interpretibus pariter cum adiecta exclusiua, quam textus hebreus expressam non habet, allegauit: κύριον τὸν Θεόν οὐ προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ ΜΟΝΟΙ λατρεύεται, Matth. 1V, 10. T Potius monente Ven. BVDDEO Part. II. Philos. Instrum. c. I. pag. 188. obseruandum, particulas exclusivas non semper addi, & nihilobstat excludentem quādam subintelligi, id quod ex re ipsa & materia substrata facile intelligitur. Unde, si interpres in sua versione particulas exclusivas ponit, non errat. Confer. AVG. PFEIFFER crit. f. p. 341. & ABR. CAT.

Tet Matth. XIX, 5. ubi pro
τῇ allegatur, καὶ ἔβοι
τος ὁ θεός. Sic ἡ δ. Gen.
III, 11. γένεται λόγος
7878 μόνος καὶ φάγειν.

+ Hinc Rom. 14, 14. γένεται λόγος διὰ ἔκτην, εἰ τοῦτο
λόγος οὐτι τί νοιούτω προφετεῖς, ἀλλα γε
verbil: illi soli. Act. 4, 12. γένεται λόγος — εἰ τοῦτο
γνωθεῖται, τοῦτο διεμ. At. addit, nulli per ipsum scilicet. Rom. 4,
5. τοῦτο διὰ ἑγένετο προφετεῖς, τοῦτο δι. Syp. — credenti vero scilicet.
Ipse καὶ μετέπειται Gen. 41, 40. γένεται λόγος διὰ τοῦτο
regnū follo le precedēna.

LOVII Praeolq. gener. T. I. Bibl. Illustr. p. 6. Vnde conui-
cium Solifidianorum, quod Pontificii in nos iactant, tanti non
est, vt verionis & doctrinæ B. LUTHERI nos pudeat; quam-
vis dictum illud Iac. II, 20. ἡ τείς χωρὶς ἐγὼν νεκρά ἔστιν, cum
Paulino illo nequaquam pugnans, non minore cultu ac re-
verentia suscipiamus. Sic meminimus quoque, utio versum
fuisse B. LUTHERO ab Huthmannianæ doctrine affecitis, in
articulo de Iustificatione socrinibus, quod duxiostūn Θεού
Rom. I, 17. III, 21. 22. 25. 26. X, 3. reddiderit, die Gerechtigkeit
die vor Gott gilt; cum, vt ipsi quidem putant, vertere debu-
ill. t. die Gerechtigkeit Gottes. Quasi vero genitius Θεού hanc
expositionem non admitteret, ac adeo LUTHERVS non ve-
ritatem, sed suam tantum secutus eset hypothesim. Atqui
pari modo fides Ioann. VI, 28. 29. vocatur ἐγὼν τὸ Θεός, i. e. o-
pus Deo placens, a Deo requisitum; Iac. I, 20. duxiostūn Θεού re-
cte cum LUTHERO exponitur, was vor Gott recht ist: Apoc.
II, 26. τὰ ἐγγα. με, opera mibi grata; Deut. XXXIII, 21. ἡμέρα
יְהוָה in hischia Domini, i. e. Domino accepta; Psalm. LI, 19.
בְּחַדְשֵׁי אֱלֹהִים sacrificia Deo grata, sec. Lutherum: die Opfer
die Gott gefallen; Prou. XVI, II. opus eius, sc. Domini, i. e. ei
gratum. Optandum potius, vt TRILLERVS, qui hac subin-
de in Luthero damnat, Lutheri candorem & ἀπάθειαν in ver-
tenda Scriptura f. adæquasset, nec loca illa, que satisfactio-
nem Christi loquuntur, in vernacula sua N. T. versione per-
vertisset. Nos acceptum ferimus hoc beneficium (versionis Lu-
theri) ut alia plura, prouidentia diuinæ singulare (scribit vener.
GVST. GEORG. ZELTNERVS in Dissert. de nonis bibliorum
versionibus germanicis, non temere vulgantis, not. 8. ad cap. II.)
que animum Lutheri ita gubernauit, ut ad analogiam fidei in locis
difficilioribus perpetuo respiceret, atque ira, si quando a ianua
aberraret, huius aut illius loci sensim non affectus memorem
tamen Dei & consilium de nostra salute, ex locis perspicuis ma-
gis recte perceptum, pulcre exprimeret. Quo pacto, quando in V.
L. Rabbinorum nugas subinde spreuit & praediticia, a dimonio ob-

conf. Luc. VIII, 50. μόρον τι
δύε, ubi Dominus larun
iabel solifidianum esse.

Vid. Trillerum in 8th
Annalengen über das
& Rom. I, 7. Η. C.
c. III, 21. 22.
25. 26. c. X, 3.

*id ipsum exagitatus, ingens huius operæ & sanctissimæ simplicitatis
preium, Ps. 116, 6. promissum, reportauit.*

§. XLIII.

*False inter-
pretationes* Longum nimis foret, plura exempla studii partium, quod per Scripturæ f. omnes sectas sparsum est, quodque optimis aliquando inter-ex studio par, pretibus lumen ademit, prosequi. Hoc tantum addimus, in præcium in praxi xi ipsa graffari multos magnosque errores ac tetra præjudicia, quibus tamen exornandis, (tanta est hominum vel proteruia vel culpanda cecitas!) dicta Scripturæ f. violenter adhibentur.

Integram farraginem exemplorum, cum discussione succincta, videbis apud Theologum immortaliter meritum, PHIL. JAC. SPENERVM in *Nissbrach der Sprüche & Schrift.* Et quis crederet, ipsos Epicureos dicta Scripturæ f. in suos petrare hinc sensus conari, nisi exempla prostant hominum impurissimorum, qui librum Coheleth sive obtenderunt effrænitati atque libidini? Quos vero separatis dissertationibus confutarunt ven. RAMBACHIVS, & nuper sub vener. PRAESIDE CL. NEVBAVERVS; ille quidem *de Salomonis ad esum potumque;* hic vero, *ad lectionem exhortationibus, quas libro Coheleth insperfit.* Longe proin verissima sunt aurea verba SAM. WERENFELSSII in *Dissert. de scopo interpr.* hunc in modum differunt: *Si inuehi volumus in eos, qui verba Scripturæ sacræ ener-
vanti, ne tanto pere inuehamur in eos, qui non vident omnia my-
steria, omnes exentus, omnes ecclesiæ periodos, ubique nobis
italia videre videmur: inuehamur potius in nos ipsis & carnem
nostram, que mirum quantum eneruat omnia dicta Scripturæ si-
bi ingrata; tametsi in iis cardo Christianismi vertatur. Hic, hic
scripturam eneruare periculissimum est.* Nemo damnabitur,
quod omnia fata Ecclesiæ in quibusdam libris aut in oratione do-
minica non animaduerterit: at innumeris iam luant in inferno
carnis sive παρεπυνεταις, que loca de precipuis Christianismi officiis,
erorumque absoluta ad salutem necessitate in pleno sensu accipere
noluit.

EPI-

EPILOGVS, DAMNOSOS

STUDII PARTIVM EFFECTVS

TRADENS.

§. XLIV.

Cum in recensendis hoc usque sacrarum litterarum ma-
le fidis interpretationibus suimus occupati; idem nobis fere partium
accidit, quod illis, qui spicilegium facere volentes in messem tam Scripturam
incident. Hinc, quamvis finem iubent leges Dissertationis illius interpretes
academicæ; nondum tamen impetrare a nobis possumus, ut ti noxiū
colophonem operi imponamus, nisi aut cœcos parere catulos,
aut velut canis e Nilo bibere vellemus hinc inde. Quicquid
igitur de damnosis effectibus, tam in sacram Scripturam, quam
in eius interpretē redundantibus, adiiciendum restat; id bre-
vissimis quidem ex allatis hactenus exemplis fiet.

§. XLV.

Effectus & symptomata studii partium, qui Scripturam s. i. Scripturam
ipsam insequuntur, sunt satis periculosi, eoque magis præca-
f. indigne
trastat & inu-
vendi, quo minus ab interpretibus agnoscuntur. Quodsi item fere:
enim hoc vitium hermeneuticum rigide examines, appetet, reddit.

latere in eo letiferum virus, in contentum oraculorum Dei Interprets, qui partium su-
callide destinatum. Nam *indigna verbi diuini* in eneruandis dictis tractari, quam interpres diuturno Scripturæ abusu do hujet, sensum non
committunt, non veritatem, neque animæ pabulum, sed erro- referit ex facris liberis /
res & partium suarum præiudicia querentes, adeo non a pro- *Ide violenter eiis interficit;*
fano contemni abhorret, ut illum potius summopere stabilitat. *Nec sponte sequentem esti-*
Perpicus satis hoc periculum, quod facio codie imminet, *ante oculos ponit S. A. M. WERENFELSIUS* in Difserit. de scop. eis, *sed iniustum extorquet*
interpretis: *Apostolus* (sic ait ille) *orilem Scripturam sacram, & suas quidem ac lecta sue*
merito prædicat ad paganos & eis exhortat: unde aduersus doctores doctores *adversus Eccles. Rom. periendimus, omnium controversiarum, quae decidit opinionei aduersus, non vero*
differit: humanos contemptus pro diuinis vestit, factisque, ut simplicissime doctrinae
quibus fons facio scriptura testatur, ex canali impudore fides trahant, et
criticum purissimum cum paleis ac praemire contumiceatur.

noſtra intereſt, decisionem in hoc libro reperiri. Et reperiſetur certe, ſi ea mente Scripturam ſi legeremus, [expōneremus] qua illam legere & exponere oportet. Sed fatendum eſt, culpa horum pene factum eſſe, ut Scriptura hodie ad doctrinam & redi- argutioem inutilis ſit. Quem enim diſſentientium meliora docere poterit? cuius errorem corriger? quas lites dirimere? ſi iam nemo in ea cernit, niſi quod vult cernere; & errans nihil aliud quam errorem ſuum in illo libro videre cupit, non minus quam recte ſentiens veritatem.

§. XLVI.

Indifferenti-
ſimo creden-
di cum de-
trimento
Rudi exige-
tici & con-
tentu ana-
logie fidei,
fenestrarum a-
perit.

Nec vero exiftimandum, interpretem in hac ſola, licet gra-
vifſima iniuria facile ſubfiftere. Docet, imo clamitat quo diana
experientia, vtterius in temeritate ſentiendi plerumque pro-
cedere. Ruptis enim ſemel vinculis reuerentiae, & Scripturæ
ſanctissimis liminibus transſcenis, nihil ſupererit, quod illum
amplius retineat. Ergo libertinismus & indifferentismus cre-
dendi tacite aliis, præfertim reuelatae religionis irriſoribus,
commendatur, saltim patrocinium præſidiumque firmiſſimum
inuenit. Nec dubitandum eſt, quin iſthoc vitium, niſi in her-
ba ſuffocetur, ad impietatem ducat, omnemque reuelationem
cum legitimo ſtudii exegeticī vſu & analogia fidei, contemnū
ac ludibrio Antiscripturariorum amplius exponat.

§. XLVII.

Suos ſecta-
tores contra
verbum Dei
nonnu-
quam ſtolide
armat.

Obſeruamus non raro, vix vñquam homines ſtudium inter-
pretandi ſacras litteras magis præfeſſe ferre, quam vbi periculo-
verbum Dei ſas illarum peruerſiones machinantur: ita ſe nimirum gerunt,
quasi erederent, quiduis ſibi licere in Scripturam ſacram; &
quasi ad hoc compatata eſſet, vt quemlibet errorem commo-
dilime in ea quærere, & ex ea aliis propinare poſſent. At cum
errorem perſpicuitate ſua detegant facræ litteræ, non iam per-
cuniculos amplius petuntur, ſed aperte inuaduntur, illarum
que auctoritas ſtolido conatu impugnat. Quis huius rei
cauſam in ſtudium partium aliquo modo non videt eſſe trans-
feren-

ferendam? Si enim pulcre cessisset dolus, si error potuisse palliari reuerentia, S. litterarum externa mansisset quadantes-
nus integra: sed quoniam fucum non facile admittunt; igitur calces remittunt interpres, parque pari referendo, re-
velationem fannis excipiunt & oppugnant.

§. XLVIII.

Neque excusati multo peccant, qui sensui verborum diuinorum vix minorem iniuriam inferunt, modo tantum & ratione agendi a prioribus diuersi, vela Scripturæ s. vt rum-
pantur fere, distendentes. Tam absurdæ & aliena cum in pandectis sacræ querantur, quis miretur, deficere in iis con-
sensum & probationem sententiarum nauci? Iam huic sup-
plendo, in subsidium desperatae cause, erat aliquid exco-
tandum quod eam leuaret. Inuentus est ab interpretibus,
suis partibus nimium adstrictis, sensus quidam latissimus, *al- legoricus*, sub quo suas sententias facilius tegi ac comprehen-
di posse sperant. Nam vnde quæso, nisi a studio partium,
est, quod tam multi interpres tantopere pugnant pro mag-
nis illis montibus, qui, vt loquuntur Rabbini, a quolibet Scripturæ apice pendeant, vsque adeo, vt tanquam Scriptu-
ræ eneruatores accusent, qui non omnia mysteria, mira &
meteora vbiique cernunt, quæ sibi videre videntur? Horum quidem hominum, si audias, honestissima oratio est. Nihil aliud aiunt curæ sibi esse, quam causam verbi Dei, quod hac ratione longe supra hominum scripta extollant. At si rem penitus examinas, suam potius & suarum partium causam agunt. Quo enim latior creditur sensus cuiuslibet dicti, eo latiorem campum sibi obtinuisse videntur, luxurianti phantasie frænum laxandi, & quidlibet in quolibet inueniendi.

§. XLIX.

Idem *sensus mystici* præposteris sectatoribus, acrimato- Itemque sensi-
ribus nimis acutis in aurem sit dictum. Hi homines nihil suum mysti-
cum. in plerisque locis Scripturæ s. vident, nisi opiniones suæ sectaræ, fata suæ Ecclesiæ, doctores sui cœtus, homines suæ religio-
nis

nis, vbiuis per parabolas, per visiones & vaticinia prophetarum indigitatos ; idque non claris verbis demonstrantur, (haec enim in probando deficiunt;) sed abstrusiori modo, mystice nimirum, ostendunt; quod faniores, quibus nihil cum illorum partibus intercedit commercii, non vident. Accidit his, quod SENECA Nat. Quæst. L. I. c. 6, scribit: *per aquam videntibus omnia longe sunt majora; quicquid videtur per humorem, longe amplius vero est.* Ita sane scrutatio nimia sensus mystici speciem rerum & verborum mutat: modo levissima in maius extollit; modo pro�rus verum, vt falsum; rectum, vt curuum appareat, efficit.

§. L.

II. interpreti, Cum igitur tam graues iniuriae in Codicem s. ex partium quod ad in studio redundant; non certe benignior fors *interpreti ipsi*, a **tellectum e-** quo proficiscuntur, est expectanda. Denuntiat ei verbum ius, lumen diuinum, quo sepius fuitabus, excoecationis iustum iudicium 2 Thess. II, II, perspicuis verbis: *Qui amorem veritatis non receperunt, vi salvi fuerint, iis mittet Deus ἐνέγκειαν πλάνης efficiaciam erroris, vi credant mendacio.* Absit quidem, vt his, quos error imprudentes occupauit, duro iudicio graues simus; attamen exempla non desunt hominum, qui, cum turpi huic vitio studii partium se totos dedissent, veritatem illius Paulini dicti in seipsis comprobantes, eo deuenirent, vt *veritatem in iniustitia detinuerint*, & tandem pro veritate nugas, proque doctrina cælesti phantasie lufus fecuti sint, pro quibus *pertinaciter* dimicare iisque fere immori constituerunt.

§. LI.

Quod ad vos Nec vero, quod ad intellectum spectat, interpreti mentis lunarem, a lumen solum adimit; sed in voluntate quoque tranquillitatem morem veri animi, serenitatem, moderationem, candorem, penitus aufert. **tatis, candor-** Minuit, & tantum non excludit amorem veritatis, quem in Scripturis interpretandis deberet suprema lex esse. Facit animum Spiritui s. difficilem, asperum, morosum, obnitentem, intraducibilem, & per consequens interpretamenta male fidei parit. Quodsi contingit, vt ad Scripturas enarrandas talis in- ter-

terpres accedat; non veretur Deo, aut verius sibi ipsi glauco-
ma similem fraudem committens cum (ob oculos obiicere,) Iudaicarum senioribus apud Ezech. XIV, i. qui, licet obsti-
nauissent, idola colere; tamen, quasi doctrinæ propheticæ cu-
pidi essent, Ezechielem adierunt, sedentes coram eo, velut
discipuli coram magistro; quorum vero dolum Deus pro
omniscientia sua detegens, *Fili hominis, inquit, viri hi induxe-*
runt idola sua in animum suum, & offendiculum iniquitatis sue
posuerunt ante faciem suam: numquid ergo ab eis consulendo
consuli me patiar?

§. LII.

In primis vero partium studio fere soli natales suos debet Est mater
Zelus interpretum quorundam intemperatus. Praeclare hunc, interperati
vt solet, supra laudatus WERENFELSIVS depinxit Opus ul- zeli erga dis-
Theol. Philof. & Philol. p. 148. Zelus, inquiens, plurimorum sentientes.
hominum, in primis carnalium, nihil aliud est, nec esse potest, nisi
parum putum PARTIVM STUDIVM, idem plane ac ille zelus,
quo iidem homines pugnant pro institutis patriæ sue, non ideo,
quod reuera persuasi sunt, hec aliorum populorum institutis pre-
stare, sed quod ad honorem suum perire existimant, vt ciuitatis sue instituta ceteris meliora credantur. Ita sane muli-
tatis existimant, in hoc honorem suum verti, ut opiniones sectæ, cui
nascendi conditione addicti sunt, triumphant, & ceteris omnibus
prævalescant. Nec desunt, quorum zelus in nulla alia re consistit,
nisi in secreto quodam odio eorum, qui veritatis amore, huiusque
examinandi studio, audient se distinguere a se & sue sortis homini-
bus, qui de veritate non solliciti in receptis sententias acquiescenti.

§. LIII.

Reliqua huius vitii periculosa symptomata quoniam spa- Est morbus
tio prohibemur exponere, his S. Pauli verbis i Tim. VI, 4. 5. denique con-
trahemus: qui aliter docet, & non aduenit sanis verbis, is est tagiosus, a
inflatus, nihil sciens, sed agrotans circa questiones & logoma- quo cadere
chias: ex quibus nascitur inuidia, lis, maledicentia, suspiciones nos iubet
malæ, peruersa exercitationes hominum mente corruptorum, &
qui priuati sunt veritate, & quæsui habent pietatem. Que
H 2 omnia

omnia in interpretem, de quo nos loquimur, non modo bene quadrant, sed hoc quoque evincunt, studium partium mōrbum contagiosum esse. Sic enim fit, vt iam pueri in privatibus ædibus ac scholis, veluti *Paulus ad pedes Gamalielis*, illo insificantur, & quos ex academijs postea in Ecclesijs pietatem & religionem afferre deceret, nihil aliud plerunque ex his reportent, quam vt receptas suæ partis opiniones nouis erroribus adaugeant. Quid igitur mirum, si Apostolus, ne ab huius morbi contagione corripiamur, fugere nos iubet pestiferos, qui hoc morbo sunt infecti; fugere tanquam veneficos, qui, neglecta veritatis inquisitione, in corrumpendis atque imbuedis hoc morbo adolescentium animis aut gloriam aut lumen querunt?

§. LIV.

Conclusio. Sed manum de tabula! ne fines præstitutos migremus, vtut plura restarent dicenda. Nec tamen temperare nobis possimus, quin pro illustranda tum natura tum impietate studii partium, quatenus hermeneuticum in primis vitium est, loco appendicis subiungamus verba *IOANNIS BYGENHAGII* Comm. in I. ad Corin. p. 49. quæ & Ven. *PAVLVS ANTONIVS* in Doctr. Concil. Trident. p. 50. laudavit. *Quando*, inquit, *verbum Dei valde clarum*, *quod videt suis cogitationibus aduersari*, *negare non audet*, *quia videt*, *hanc negationem haberi* pro impietate, caussatur, debere ALITER INTELLIGI, & incipit fingere & refingere, torquere & retorquere, ut cogat verbum Dei hoc dicere, quod ipsa (ratio corrupta) sentit. / Ceterum tractationem nostram dicto quodam Elihu Iob. XXXII, 22. 23. haud immerito obsignamus:

Ei Augustinus de doctr. christi. l. III. c. 10. §; ani, *mon preoccupauit alioq
errors opinia, quidquid
alioq adseruerit scriptura, figuratum domini arbitram* *Absit, vt accipiam faciem viri, & ad hominem ne me cognominem:* *Quoniam non noui cognominare me; breui enim ablaturus me esset, qui me fecit.*

S. D. G.

NOBILISSIMO CANDIDATO PRAESES.

CVm ex illorum iussione, quibus refragari nefas erat,
summi in philosophia honores capeſſendi eſſent
Tibi, Candidate Nobilissime, ac adeo diſſertatio-
niſ inauiguraliſ argumentum diſpiceret; auētor Tibi fui,
vt tale eligeret, quod ſtudiis tuis adcommodatum eſſet,
& scopo, quem Tibi præfixiſti, appriue conueniret. Iam
vero ministerio verbi diuini, (at quanto, & quam præ-
claro muner!) confeſcari Te: ideoque præter Theolo-
giā, quam Tibi præcipue colendam ſumſiſti, traſtaui-
ſti hucusque ſacram philologiam; quæ inter τὰ προπα-
θεῖα Theologiæ principem haud dubie tenet locum,
& cum Theologia ipſa ita connexa eſt, vt hęc ab illa, &
vicifim illa ab hac, ſine maniſto danno ac detri-
mento ſeparari nequeat. Quam ob rem ex pluribus mate-
riis, que offerebantur, eam de ſtudio partium ab ſacra-
rum litterarum interpretatione remouendo, quæ ſtudio-
rum tuorum rationem & scopum quam proxime con-
tingit, me consultore delegiſti, argumentum mea qui-
dem ſententia tum iucundum, tum utilitate ſua com-
mendabile: in quo pertractando equidem obſeruationes
aliquas, inſtituto tuo inſeruientes, lubens ſuppeditau-
i. Tu vero, ingenii tui vires experturus, plures ſtudioſe
conquifiuiſti, conquisitas digeffiſti, & digestas hoc mo-
do

do & ordine, quem dissertatio tua exhibet, elaborauisti.
Laudo igitur conatus tuos, laudo sedulitatem & diligentiam, quam specimine hoc solemni commonstrasti:
nec dubito, quin, si eo quo cœpisti cursu in colendis
sanctoribus litteris perrexes, & cum eis timorem Do-
mini, ceu primam sapientiam, porro combinaueris, Deo
vas vtile atque electum, patriæ decus, & splendidæ fa-
miliæ ornamentum euasurus sis. Ita voueo, simulque
honores illos, quos amplissimus in hac Fridericana Phi-
losophorum ordo pro meritis tuis Tibi decreuit, gratu-
lor, &, vt Tibi ad optima quæque consequenda gradus
& occasio sint, maiorem in modum & toto animo pre-
cor. Vale. Dabam ex Museo d. II. Maii A. cœ 10 ccxxix.




Bb 278

ULB Halle
004 145 070

3





an 15

DISSE^TATI^O SOLEMNIS PHILOLOGICO-
HERMENEVTICA

DE
**STUDIO PARTIVM
A SACRARVM LIT-
TERARVM INTERPRETA-
TIONE REMOVENDO,**

QVAM
EX AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS DECRETO,
PRAESIDE

CHRISTIANO BENED. MICHAELIS,
PHILOS. P. P. ORDINAR. ET h. t. COLLEGII
SVI DECANO,

FAVTORE, HOSPITE AC PRAECEPTORE MAXIME
DEVENERANDO,

PRO SVMMIS IN PHILOSOPHIA HONORIBVS
RITE CONSEQUENDIS,

AD D. XI. MAI A. CIO 10CC XXIX. HORA LOCOQUE CONSVENTIS
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SISTET

AVCTOR RESPONSVRVS
IOANNES KNEBEL,
ONOLDO- FRANCVS.

HALAE MAGDEBVRGICAE
TYPIS CHRISTIANI HENCKELII, ACAD. TYPOGR.

